

fitum esset: Antuta conscientia posset idem Amedeus retinere capellam cum canonicatu absque dispensatione Apostolica: S. Congregatio cens. non posse Amedeam absque provisione Sedis Apostolica nec duo difformia sub eodem tecto beneficia obtinere, nisi id dicit statum, vel Ecclesie Mauritanensis consuetudo, vel Episcopus cum eo expressit dispensaverit, cum utrumque consentiendo non intelligatur tacite dispensasse. At deinde cum generaliter dubitatum fuerit, an pro tutiore conscientia obtinentium duo beneficia difformia sub eod. tecto collata sibi ab Ordinario debeat nova provilio peti a Sanctissimo? Respondit ita debere, quia licet Episcopus possit ex causa dispensare ad duo beneficia difformia sub eodem tecto, tamen periculum esse, an causa subit ea, quam Canones requirunt; ideo tutius esse adire Sanctissimum.

Huiusmodi autem difficultates cessant supposita consuetudine Ecclesie Barcinonensis obtinenti duo difformia sub eod. tecto; quia illius vigore licitum est simul obtinere prebendam theologalem, & Archidiaconatum, cum sint difformia, etiam si Ordinarius non dispensaverit; sed simpliciter utrumque simul contulerit, quod ab antiqua consuetudine non liceret, ut ex praedictis patet.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ.

Cap. Postulastis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Collatio pertinet ad Capitulum, & Prælatum ut Prælatum lapsu temporis ad alium non transit, & num. 6.
- 2 Canon catinum, & præbendam collatio in cathedrali de iure communis est simultanea inter Episcopum, & Capitulum.
- 3 Intellectus huius cap.
- 4 Verbum, pertineat, quid importet.
- 5 Collatio beneficii potest appellari donatio.
- 6 Actus ubi per Prælatum ut Prælatum, & Capitulum explicandus est, unus non supplet negligentiam alterius.
- 7 Secus si unum sit effectus inhabilis.
- 8 Capitulum solum an possit præbendam conferre stante absentia Episcopi in Curia, cuius redditus facile non sperabatur.
- 9 Intellectus cap. unic. Ne sede vacan. lib. 6. conferre habeat de consilio alterius, illo in remotis agente, potest solum conferre, ibidem.
- 10 Secus si collatio sit simultanea, vel fieri debeat de consensu alterius.
- 11 Episcopus aliquando interesse potest Capitulo tanquam Canonicus.
- 12 Una, & eadem persona potest vices duarum representare, & respectu diversarum qualitarum diversa iure censeri.
- 13 Etiam in actibus incompatibilibus.
- 14 Argumentum de tamquam, seu respectivis. Episcopus, cui commendatum est monasterium exemptum, ordinare non potest seculares sibi subditos ratione monasterii ibidem.
- 15 Oratori, seu Legato quod donatur, an cedat lucro ipsi, an vero mittenti, & nn. segg. usque ad n. 25.

- 16 Procurator tenetur resistere, sit tanquam procurator per seipsum, non autem sit tanquam qualibet.
- 17 Donatum sivo occasione societatis credit lucro Donatarii.
- 18 Sotio impetratur sit occasione societatis damnum sit passus, non societati.
- 19 Legatus consueverunt remunerari ab eo, ad quem sunt missi.
- 20 Donationes, qua sunt ab Imperatore, videntur fieri contemplatione ejus, in quem conferuntur.
- 21 Donatus qualitas an sit attendenda ad dignoscendum curis intuitu fuerint collata, & nn. segg.
- 22 Leonis, vel status donum an magis congruat Principi quam Oratori, & nn. segg.
- 23 Sceptrum, vel corona regali donentur Oratori, non ipsi, sed Regi acquiruntur.
- 24 Donorum magnitudo spectanda est non tam ex persona illius cui conferuntur, quam ex persona eius qui confert.
- 25 Episcopus, qui Capitulo interest tanquam Canonicus, quo in loco sedere debeat, & nn. segg.
- 26 Vicarius Episcopi, qui etiam est Canonicus, in choro non debet sedere primus, quando est ibi in apparatu Canonicali.
- 27 Episcopus qui est in studio in scholaris, in actibus scholasticis sedere debet post Rectorem Universitatis.
- 28 Patriarcha Hierosolymitanus, qui est etiam Canonicus Basilica S. Petri, sedet in Choro post Canonicos primo receptos.
- 29 Ordo sedendi in Prætorio S. Penitentiarum.
- 30 Prælati quomodo consistant inter se Capitulum ut Prælatum, an ut Canonicum.
- 31 In dubio censetur quis in actu intervenire tanquam præfides majori Dignitati.
- 32 Appellandum est in dubio a collatione simultanea Episcopi & Capituli, non ad Episcopum, sed ad Superiorem.

**P**OSTULASTIS. Si ad Capitulum, & Prælatum ut Prælatum potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transibit. Secus si Prælatum sit ibi ut Canonicus, quia tunc de Capitulo transit ad Prælatum, nisi dolum committat. Hoc dicit. In prima parte consultatio. in secunda ibi, Ad quod, Responsio a qua unum casum excipit ibi, Nisi, quem determinat ibi, Et in hoc.

Nota primò ex principio litteræ ibi, Cum ad vos, & Archiepiscopum vestrum simul collatio præbendarum Ecclesie vestre pertineat. Collationem Canonicatum, & Præbendam in Cathedrali Ecclesia de iure communi esse simultaneam inter Episcopum, & Capitulum: non enim textus loquitur conditionaliter, ut putavit Egid. Bellam. consilio. incip. Fallam est tale, col. ult. ver. obstat, cap. Postulastis, sed loquitur cautivè, & dictio, cum exponitur pro quia, ut in c. fin. supra de consuetud. & in l. si ab arbitro, ff. Qui satis. legan. cum similibus. Unde sensus est, quia de iure ad vos, & Archiepiscopum vestrum simul collatio præbendarum pertinet: ideo postulastis, &c. Et quavis Joan. Andr. & DD. communiter sumunt hoc capitulum per modum conditionis; hoc tamen faciunt, quia in ver. Nisi forte, supponitur esse dubium, an Archiepiscopus interfuit Capitulo ut Prælatum, an ut Canonicus, & in hoc dubio Doctores conjungentes utramque partem constitutionis

nis, distinxerunt; si ad Prælatum, ut Prælatum, & Capitulum collatio pertinet, de uno ad alterum non habet devolutio. Secus si ad Prælatum ut Canonicum, sed hinc non sequitur quod textus, qui formam loquitur, in primo responso procedat de civili, & per modum causæ. Nec refert quod Hostiens. hic in principio intelligat hoc capitulum de consuetudine, eod quod non dixerit, pertinere debet, sed pertineat; & sic notet factum, & non jus; ideoque parum faciat hæc littera ad id, ad quod alii ipsam inducunt. etenim contrarium tenet Goffred. cum quo transit Jo. Andr. n. 1. in ver. Pertineat, intelligentes hanc litteram de iure communi. Nec verum est, verbum pertineat connotare factum: imo enim connotat jus ut l. 1. §. iura nostri, cum glo. in ver. Pertineat, ff. de verb. significat. glo. in c. Inter dilectos, in ver. Pertinere, supra de fide instrum. Et quavis referri possit etiam ad jus competens ex consuetudine, ut notat Jas. in l. Canturio. col. penult. ff. de vulgari, tamen cum hic nulla fiat mentio consuetudinis, in dubio potius referri debet ad jus commune, arg. c. de consuetud. lib. 6. Et propterea Doctores, qui firman de iure communi inter Episcopum, & Capitulum collationem esse simultaneam, ad hoc primò allegant hanc Decretalem, ut glo. in c. Cum Ecclesia Viterbana, in ver. Postulastis, supra de elect. ibi. Et quod simul eligere debeant, habes infra de concess. præb. cap. Postulastis. Item glo. in c. Si pro te, in ver. Episcopi, & Capituli, de rescrib. lib. 6. Joan. Laurent. Vincent. Goffred. Jo. Monach. & Jo. Andr. quos refert, & sequitur Henric. Boich. in c. Novit. col. 1. circa med. ver. Aut ista omnia cessant, infra de hu. que su. ad Præl. Et sane si collatio ad eos pertinet de consuetudine, Pontifex non fuisset loquutus per modum causæ, sed per modum conditionis, sicut fecit in cap. fin. & ibi notat glo. in ver. Pertineat, de Regular. lib. 6. & hæc est communis opinio, quam etiam hodie servat Rota Romana, ut dixi in d. c. Cum Ecclesia Viterbana, supra de elect. ubi hunc articulum, relatis Doctorum opinionibus, latissime examinavi.

Secundò nota, in ver. Donatio Quod ter hic legitur repetitum, collationem beneficii posse appellari donationem. Quod tamen intellige, ut dixi in cap. Cum accepissent, in sexto notat: supra de Consuetud.

Tertiò nota, id quod dictum est in Summa, videlicet, ubi collatio præbendarum est simultanea inter Episcopum, & Capitulum, lapsu tempesti tempore a Lateranen. Concilio ad conferendum præfixo in c. 2. supra, cap. ius conferendi de uno ad alium non devolvit. Et sic ubi actus per Prælatum ut Prælatum, & Capitulum explicandus est, unus non supplet negligentiam alterius, si tempus utriusque ad actum explicandum est lapsus, ut hic notat Abb. nu. 4. dicens mente tenendum. Secus tamen est si unus sit effectus inhabilis, quia alter explicabit, ut est text. in c. unico, in principio, ne sede vacan. lib. 6. Quod si unus in remotis agat, ad alium non fit devolutio, ut mox patebit. Unde redditur valde dubitabile quod dixit Rota in causa Placentina Canonici ann. 26. Februarii 1596. coram Orano relata a Garz. de benef. par. 1. cap. 4. n. 43. videlicet stare Episcopi absentia in Curia, cuius redditus de facili non sperabatur, solum Capitulum potuisset consistere ex d. c. unico, in fine. Quoniam ille textus loquitur in eo casu, in quo quis

tenetur conferre cum consilio Episcopi: tunc enim Episcopo in remotis agente, ius conferendi habens, conferre potest sine illius consilio, ut ibi deciditur in fine. At non procedit ille textus ubi collatio simul pertinet ad Episcopum, & Capitulum, ut colligitur ex text. ibidem juncto primo responso, ubi nulla fit mentio de absentia Episcopi, & tenet ibi Gemin. num. 10. & Franc. num. 8. imò nec habet locum illa Decretalis, cum quis conferre tenetur cum consensu Episcopi, ut ibi firmat glo. in ver. Cum consilio, & Franc. sub num. 3. & 6. in fine. Item glo. in c. Protege, in ver. Assensus, de rescrip. eod. lib. & Lap. ibidem, n. 8. & Gemin. n. 12. ad finem.

Ultimò nota ibi, non ut Prælatum, sed ut Canonicum, aliquando Episcopum interesse Capitulo tanquam Canonicum. Quod intelligit glo. 2. quando ius Canonice est annexum Episcopatu ex consuetudine, concordat cap. A collat. de appell. lib. 6. & cap. Cum in Ecclesia, de præb. eod. lib. cum similibus. Et hinc collige unam & eandem personam posse vices duarum representare, & respectu diversarum qualitarum diverso iure censeri. Ad hoc c. Prælati, de major. & obed. cap. Ex ore, in fin. & c. Cum capella, & ibi glo. unica, de privileg. Et procedit hoc etiam in actibus incompatibilibus, ut declarat Gemin. in d. c. A collatione, in 6. notat. Quod nota ad limitationem regulæ, de qua in cap. Cognovimus, in fine 12. q. 2. & cap. Cum in tua, de decim. Et propterea electum à se ut Canonicum Episcopum ut Episcopus examinabit, & confirmabit. Et sic diversis respectibus idem erit elector & confirmator, ut post Host. notat hic Jo. Andr. num. 3. ver. & sequitur ex hu. & est hic agendi locus, quem Doctores appellant de Tangnam, seu respectivis. Cujus meminit glo. in leg. si verò, §. item quidquid, in ver. Quasi ad patronum, ff. sol. matrim. & ibi Bart. in princ. ver. Nota argumentum de Tangnam, glo. in cap. Cum inter universas, supra de elect. Jo. Andr. in d. c. A collatione, n. 7. ver. Ad eundem inducitur hæc littera, de appell. lib. 6. Bartol. in l. Si pater, §. Qui duo, n. 3. & ff. de adopt. Jo. Andr. in regula, in toto de regul. jur. lib. 6. in Mercurial. Abb. hic n. 4. Hinc S. Congregatio Concilii alias consultata, An Episcopus, cui commodatum est monasterium exemptum, possit sibi seculares subditos ratione monasterii ordinare, non obstante c. 10. sess. 23. Concilii Tridentini: Respondit non posse, quia ordinaret eos subditos tanquam Abbas, non tanquam Episcopus.

Hinc etiam DD. inferunt ad questionem, An quod donatur legato, seu ut vocant, Ambasciatori cedat ipius lucro, an vero Principis mittenti. Pro mittente inducitur primò hæc Decretalis. Nam quemadmodum Prælatum, qui in Capitulo personam Canonici representat, non legitur ut Prælatum, sed ut Canonicus; & ideo in casu negligentie fit ad eum devolutio tanquam ad Prælatum: eodem modo quia legatus in actu legationis non representat personam privaram, sed Domini mittentis, intelligitur honorari tanquam dominus mittens, ac proinde dona ipsi mittenti acquiruntur quasi ipsius intuitu, & contemplatione videantur collata, arg. huius textus, & c. fin. 93. dist.

Secundò, pro hac parte inducitur textus in l. Qui proprio, §. Procurator, ut in ceteris, ff. de Procur. ibi. (Itaq; quod ex lite consecutus erit, siue principa-

capaliter ipsius rei nomine, five extrinsecus ob eam rem, debet mandari iudicio restituere.) ubi Accur. in ver. Nomine, notat Procuratorem tene-ri restituere, si tanquam Procurator percipit, non autem si tanquam quilibet, sed tanquam Legatus, & procurator Principis mittentis, & occasio- ne legationis, ergo tenetur restituere. At ita sub- dit Accur. si distinctam fuisse causam, quam ha- buerunt Consules Mediolanenses missi ad Impera- torem Constantinopolitanum. Idem notat gl. in l. sed si plures, §. in arrogato, per illum textum in ver. Beneficio, ff. de vulgar. & pupill. Licet non fir- met.

17. Contrà verò dona cedere lucro ipsius Legati, seu Oratoris, licet occasione legationis in eum fuerint collata, probatur efficacie in l. si socium qui in eo, §. fin. §. pro socio, ubi secundum commu- nem lecturam, si donatur socio occasione societa- tis; nihilominus quia donatio fit personæ, & non societati, cedit lucro donatarij, non autem societatis. Nec mirum, quia donatum in lu- cro, sed etiam in damno idem est iudicium. Nam si socius occasione societatis damnum sit passus, sibi imputatur, & non societati, ut ibi est text. no- tab. & notat Innoc. in c. Siens, si se condo, n. 8. vers. In societate tamen, de iure iur. & per illam leg. Bart. in d. §. Procurator, reprobat præallegatam glossam Accurtij, & in l. Si verò, §. item quidquid, ff. solut. matrim. affirmat pro Ambasciatoribus esse casum, si bene inspicitur in d. l. Socium qui in eo, in fine.

Secundo, ad idem inducitur textus in d. l. Si verò, §. Item quidquid, ff. solut. matrim. ubi quidquid maritus seivum dotalem manumittens conse- quitur ex bonis liberti, restituit uxori; benefi- cium tamen, quod in eum liberus contulit, in restitutione non venit. Et ita per illam l. deter- minat questionem pro Legatis Mediolanensi- bus ad Imperatorem Constantinopolitanum, glo. ibi, in ver. Quasi ad patronum, & Bart. num. 3. Oldrad. in simili, cons. 129. in questione.

19. Tertio, ad hoc inducitur textus in l. Divus, ad fin. ff. de bon. damnat. ibi. Barbas etiam inde munerari venientes ad se, vel legationis, vel alterius rei causâ. Ex quibus verbis patet, Legatos conse- quisse remunerationem ab eo, ad quem sunt missi: at nulla esset remuneratio, si quod acquirunt, non

20. sibi, sed mittenti acquirerent. Demum idem probatur secundum Bartol. quia donationes, quæ sunt ab Imperatore, vi- dentur fieri contemplatione ejus, in quem con- feruntur, l. Cum multa, C. de bon. qua. liber. Nec est novum, ut etiam in honorem alterius detur, ut in l. Cum filius, §. Pater, ff. de legat. 2.

21. In hac varietate Jo. Calder. hic dicit esse con- iungendas opiniones, quæ ponuntur in d. l. Qui proprio, §. Procurator, ff. de Procur. ait enim confide- randum esse an Legati prius noti essent Principi, ad quem sunt missi; & tunc pntat dona cedere ipsorum lucro. An verò ignoti; & hoc secundo

22. casu censet inspicendam esse qualitatem rei dona- tæ: quædam enim præsumuntur magis congruè Principi à quo sunt missi, veluti si donaretur Leo: & tunc dona eidem Principi acquiruntur, quæ illius contemplatione censentur donata. Quædam verò magis congruunt ipsi Legatis, ut vestes, pecunia, vel quid simile, & hæc cedunt ipsorum lucro. Ita Calderin. cum quo residet

Abb. hic n. 5. concludens in dubio donorum qua- litatem esse inspicendam. Quod etiam verius putat Everard. in sua Centuria in loco, de Tanquam, n. 6. Eandem distinctionem probavit Jo. Andr. in c. A collatione, n. 7. vers. ita iura faciunt ad questio- nem, de appellat. lib. 6. Nem in casti illo. Mediolanen- sium sic ait: (Dicit solet quòd dona cedant Ambasciatoribus si prius noti erant Principi; & alias communi, si erant ignoti; vel communi ce- dunt, si donum conveniebat communi, ut leo sta- tua, vel simile. Secus si conveniebat personis, ut si Doctori librum, vel militi arma donavit, (& sequuntur totidem verbis ibi Gemin. col. 4. vers. Hæc iura faciunt, & Franc. n. 3. vers. Quod inducitur ad questionem.

Baldus autem in cons. 194. præmissis verbis, n. 2. lib. 2. dicit fuisse antiquam questionem de Am- basciatoribus Mediolani, qui receperunt xenia, five dona ab Imperatore Constantinopolitano, utrum teneantur ea restituere communi Medio- lani, & referat in ea Doctores communiter sic di- xisse. Aut donatum fuit contemplatione commu- nis; & tunc communi quæritur: aut contem- platione ipsorum; & tunc ipsis quæritur. Aut dubitatur; & tunc aut Imperator habebat eos no- tos; & tunc videtur eorum contemplatione da- tum, ut l. Si forte, l. Miles, l. Dotem filio, §. fin. & l. Hæredi in princ. ff. de castren. pecul. Aut non habe- bat eos alias notos; & tunc refert an præmiserit nomina propria appellativa, ut l. Si servus com- munit, §. 1. ff. de stipul. servor. l. Cum ita datur, ff. de condit. & demonst. & l. Cum aliqui, C. de iure de- liber. Alii verò, ut idem Bald. subdit, dixerunt. Aut donaria sunt eis congruentia, aut non; & ex eorum qualitate conjecturam esse sumendam, ut l. Verum, ff. de donat. inter vir. & uxor. & l. In rebus, §. possunt, ff. Commod. quæ distinctiones, ut vides, si conjungantur, ferè coincidunt cum d. distinctione Jo. Calder. de qua supra.

Verum Bartolus in d. l. Si verò, §. Item quid- quid, ff. solut. matrim. determinat legatos, seu Oratores non teneri restituere, nisi fuerit ex- preste donatum eo pacto ut redderetur mittenti, & allegat Guliel. de Cui. idem dicentem in d. §. Procurator, ut in cæteris hoc ipsum tenent Petr. & Jacob. de Ravenn. nam, ut ipsi dicunt, quam- vis contemplatione mittentis fuerint eis concessa donaria; tamen eis conceduntur ut sibi habe- ant. l. Divus, in fine, ff. de bon. damnator. & sequi- tur Bald. d. cons. 194. ubi consuluit pro Consi- liario Admirati civitatis Janæ super donatione eidem facta per Regem Cypri. Et cum opinio Bartolice transierit in d. §. Item quidquid Paul. de Castr. & DD. communiter teste Everard. in d. loco de Tanquam, n. 6. quæ etiam moribus recepta est nam ut Bald. inquit in præal. cons. 194. n. 2. vers. Item quia, consuetum est fieri, ut hoc potissimè in- spiciendum est, ut l. Jurisgenium, §. Pactorum, ff. de præd. hæc glossam.

Et tenendo communem opinionem, non ob- stat hæc Decretalis, quia, ut discretis verbis res- pondeat Abb. n. 5. circa fin. vers. Et ad istum textum. Episcopus intererat hic, ut Canonicus. Sed Ora- tor licet repræsentet personam domini mittentis, nihilominus considerari potest, ut persona privata in donis ei confertis.

Item non obstat text. in d. l. Qui proprio, §. Pro- curator, ut in cæteris, ff. de Procur. Quoniam illa

lex determinatur per d. l. Socium qui in eo, in fine, ff. pro. soc. secundum Bartol. in d. §. Procurator.

23. Limitari fortan possit communis opinio ut non procederet si dona essent talia, ut nullatenus cen- suerent missi, sed in intenti obnoxat. Quid enim in dono daretur Regio Oratori corona, aut scerp- tum regale; aut Numio Apostolico regnum Pa- pale? Quippe absonum esset ut missi hæc dona sibi teneret; cum videntur ei collata non ut sibi habeat, sed ut deferat ad suum Principem. Et in hoc casu foret salvari posset distinctio Jo. Cal- der. Non enim tibi proliis probatur illud exem- plum leonis, & statuz, quæ cuo Legati, & Orato- res regni primumque sint Primates regni, & Baro- nes in hunc non decedere tibi habeant leonem, prout aliquando habuerunt Romæ. Et statuz passim habent etiam privati. Et quævis hæc sint dona insignia; tamen donorum magnitudo spe- ctanda est non tam ex persona illius, cui confer- tur, quæ ex persona ejus qui confert. Ad hoc est quæstiones, ibi, quem etiam (id est equum) in culato- rino non petenti vir canonicus, & tam abundans fore donat- ver, infra, de Simon. ubi Jo. Andr. num. 8. refert illud à Alexandri, quicquam eandem urbem donaret, dicente illo, eum donabatur, non convenire fortu- ne suæ Non quæro inquit, quid te oporteat acci- pere, sed quid me oporteat dare.

24. Ulterius QUÆRO quomodo in loco sedere debeat Episcopus quoties intereat Capitulo tanquam Canonicus. Glossa inc. A collatione, in ver. Prælati, vers. Sed quando sedet, vel subscribit, de appell. lib. 6. videtur velle, ut quando quis est in capitulo, ut pars ca- pituli, & non ut superior, sedere debeat in eo loco, in quo sederet si non esset superior, prout ex illa glossa deducunt ibi Gemin. col. 4. circa med. vers. Nota tamen ex ista glossa, & Franc. n. 4. vers. In ea glossa, in fin. Quod secundum eos facti ad questionem de Vicario Episcopi, qui est canonicus ecclesie, ut in choro non debeat sedere pri- mus inter alios, quando est ibi in apparatu cano- nicæ. Quod etiam tenet Cassan. in Catal. glor. Mem. 4. par. 45. consilior. & Cardin. Seraph. de off. 437. n. 3. Quinimo, ut formaliter inquit Abb. in c. Auditis, n. 4. de elec. glossa illa dicit quod si Episcopus habet vocem in capitulo tanquam canonicus non debet habere primum locum in capitulo, quia non est ibi ut Episcopus; sed prior capitali debet habere primum locum. Similiter ex eadem glossa inferitur ad questionem de Episcopo, qui est in studio ut scholaris, ut in actibus scholasticis debeat ante ipsi sedere Rector Uni- versitatis, ut concludunt Gemin. & Franc. locu citato, & facit quod notatur in proem. Sexti, & ita de consuetudine observari in Universitate Lovaniensi testatur Everard. in loco de Tanquam, num. 9. Imò hæc consuetudinem vigere in om- nibus ferè hodiis, eamque defendi posse per illam glossam affirmat Abb. in d. c. Auditis, n. 4. vers. Et propter hæc glossam.

25. Pro solutione questionis distingue aut Episco- pus est Canonicus in sua ecclesia; & debet sedere immediate post eum qui præest Capitulo, ut ten- tit glossa per eam, & Abb. in c. 3. Felix an uxor, de major. & obed. cell. 2. in fine, aut habet canonicatum in alia ecclesia; & debet sedere in loco ca- nonicatus. Itz distinguit Rota in præal. cons. de off. Seraph. 437. n. 4. dicens speciale esse ut Episco-

pus sedeat post illum, qui præest Capitulo, quan- do est Episcopus illius Capituli; alioquin debet sedere in loco canonici, Et quamvis Rota non alleget rationem specialem; tamen ratio esse potest, quia cum Episcopus sit caput Capituli sui, & Canonici membra, c. Novus, & Quatuor, de his qui s. a. Præb. indecens est, ut sederet ultimus, ut semper coningeret in Episcopo noviter as- sumpto aut ultimo recepto. Unde honorari de- bet ut saltem habeat secundum locum post præ- sidentem. Quæ ratio cessat in alien. ecclesiis. Con- fert text. in c. Rogissis, vers. & antea non se tantâ communi, de testam. Sic ad præsentem in Bulla S. Petri Patriarchæ Hierosolymitanus, qui est etiam Canonicus, sedet in choro post Canonicos ante ipsum receptos.

26. Et meo tempore in Prætorio Sacre Penitenti- ariz hoc ordine sedebamus. Primus post sum- mum Penitentiarium Dominus Coccinus Peniten- tiariz Regens, & Rota Decanus, Secundus P. Stephanus à Babiloso ceteris Jesu Penitentiariis Rector, & Confessor Theologus, Tertius Domi- nus Merlimus Penitentiarius a Dataris, & Rota Auditor, Quartus D. Proventus Consultor ano- nima. Quintus ego ut Cæretor Penitentiari- ariz, Sextus & ultimus D. Alterius Episcopus a Ga- merinen. Penitentiarius Sig. Ilaror. Lucei in pub- liciis functionibus Episcopus Camerinen. tenet secundus immediate post Regentem, & Pater à Babiloso ultimus post omnes Prælatos.

27. Quod si quæras, quomodo constabat an Præla- tus interit Capitulo ut Prælati, an ut Canonicus. Solvit glossa in d. c. A collatione, in ver. Prælati, de appell. lib. 6. videlicet: Si est in primo loco, & ei primo scribitur, tunc apparet eum esse, vel ut caput. Sed quando sedet, & subscribit post Archidiaconum, vel alium, qui ibidem præit Capitulo, tunc patet ipsum ibi esse ut Canonicum, ad hoc cap. ult. 17. dist. & cap. Statimus, de major. & obed. In dubio autem censetur ibi esse ut Præ- latus secundum glossam, & idem tenent ibi Archid. Joan. Monach. Jo. Andr. Gemin. & Franc. eodem modo distinguit Abb. hic num. 8. qui tamen dicit in hoc primum esse recurrendum ad statutum Ecclesie si quod est, secundum ad com- munem consuetudinem, & reputantem locum, ut l. Libero ff. de suppellect. leg. & cap. Ex litteris in d. de sponsalib. quibus cessantibus sequitur glossam præallegatam. Itaque in dubio præsumitur quis in actu intervenire tanquam presbiteri majori dignitati, licet intervenire possit etiam tan- quam simplex persona, ut ibi per Franc. num. 7. Unde si sit aliud non apparet per lapsum tem- poris us conferendi non deolvatur a Capitulo ad Episcopum; quia cum in dubio censetur in- teresse ut Episcopus, fiet de volutio ab Episco- po ad ipsum Episcopum, quod repugnat, arg. c. Cum ad nostram, supra de institut. cum concer- dan. de quibus ibi per gl. fin. Et ob hanc rationem Jo. Monach. Jo. Andr. & Franc. ubi supra con- cludunt in terminis prædictæ Decretalis a collatione, simultanea Episcopi, & Capituli in dubio non ad Episcopum, sed ad superiorem esse appellandum.

28. Quod nota.

29. Quod nota.

30. Quod nota.

31. Quod nota.

32. Quod nota.

33. Quod nota.

34. Quod nota.

35. Quod nota.

36. Quod nota.

37. Quod nota.

38. Quod nota.

39. Quod nota.

NE SEDE VACANTE aliquid innovetur.

Cap. Novit.

S P M M A R I V M.

- 1 Sede vacante status ecclesiam mutari non debet, & n. 14.
- 2 Vno ecclesiarum quot modis fieri possit, & n. seqq. usque ad n. 12.
- 3 Vno accessoria quoad datur, & quis sit illius effectus, & n. 8.
- 4 Vno etiam principali que, & illius effectus, & n. 9. & 10.
- 5 Sancti Angeli in Vado, & Castri Durantis ecclesia in cathedrali creata ab Urbano VIII. & aequè principaliter unita.
- 6 Unionum quinque sunt species, & n. seqq. usque ad num. 12.
- 7 Monachus potest in diversis monasteriis locum habere quoad communione spirituum, non autem vagationis causa.
- 11 In unionibus ecclesiarum attendendus est tenor privilegii.
- 12 Monasterium etsi in cathedrali erigatur, tamen ibi servanda est Religio.
- 13 Monasteria ordinantur ad Religionem, elemosynam, & hospitalitatem.
- 14 Sede vacante tempus non est conveniens ad aliquid agendum, vel tractandum super statu Ecclesie.
- 15 Etiam negotium suum captum in sede plena.
- 16 Prescriptio dormit vacante Ecclesia.
- 17 Sede Episcopali vacante non debet aliquid innovari cum non sit qui Episcopatus inuenitur.
- 18 Sententia lata contra Ecclesiam vacantem non valet, sicut nec contra minorem, qui non habet interem vel curatorem.
- 19 Panormitani ad sedandam populi commotionem absolvent gabelles.
- 20 Et cum nonnullis sede vacante reposuissent, etiam ab Ecclesiasticis persolvendas, supplicatio confirmationis fuit rejecta.
- 21 Vicarius Capitularum cum Clero sede vacante non supplet consensum Episcopi ad hoc, ut hæclesiastici graventur gabelles.
- 22 Capitulum sede vacante non succedit in potestate deducendi iura Episcopi in iudicium, etiam descendendo.
- 23 Item non succedit in potestate alienandi iura, & bona Ecclesie, & n. 31.
- 24 Etiam si magna urgeat necessitas, & n. 29.
- 25 Ecclesia comparatur pupillo, & iure minorum servatur.
- 26 Et sine decreto Episcopali alienare potest.
- 27 Clerici etiam donando Papa non potest obligare Episcopum ad servanda iura à se munda.
- 28 Sede vacante nihil fieri debet, in quo Ecclesia præiudicetur.
- 30 Principum, & Prælatorum petitioni non est annuendum, cum agatur non solum.
- 31 Capitulum sede vacante alienare non potest res, que servando servari non possunt, animo modo pretium servetur.
- 32 Item si Ecclesia diu esset vacatura, & ex dilatione periculum minueret.
- 33 Debet tamen Ecclesia dari curator, aut defensor,

enim auctoritate sui alienatio, Et est specialis in ecclesiis inferioribus, ibidem.

34 Uniones cathedralium ecclesiarum Papa solus potest dissolvere.

35 Reversus in integrum non datur contra saluum Principum.

36 Nec supplicatio admittitur nisi infra biennium.

37 Auctoritas eadem que requiritur in constructione actus, requiritur in illius destructione.

38 Legatus de latere non potest dissolvere uniones factas à Papa de plenitudine potestatis.

39 Decretuare uniones ecclesiarum exemptarum, quia nec potest illas unire.

40 Camaldulenses, & Montis Coronæ Eremitas univ. vii. Urbanus VIII.

41 Quæ unio ab eisdem solvi non potuit.

42 Religiones diversas, vel monasteria diversorum Ordinum salis Papa potest unire, & uniones dissolvere.

43 Unione dissoluta ecclesia unita redit ad primam naturam, & statum, in quo erat ante unionem.

44 Res de facili revertitur ad naturam suam.

45 Congregatio Clericorum Doctrina Christiana contra Religionem Clericorum Regularium de Somascha, dissoluta unione, restituta fuit ad antiquum statum secularem.

**N**OVIT. Vacante ecclesia status ipsius mutari non debet. Hoc dicit Jo. And. But. Card. Anchar. Imol. Abb. Jo. de Anan. & Guido pap. Dividitur in duas partes. In prima ponitur petitio cum salinatione, in secunda petitionis repulso cum quadam profectione ibi attendentes

2 Nota primo ibi, Ipsam Bathonien. Ecclesiam uniendo, ut iam esset Episcopos utriusque, unum modum unionis faciende. Tribus enim modis potest fieri unio Ecclesiarum, ut dixit glot. hic in verb. Uniendo, & Innoc. in princip. Item glot. in c. Et temporis qualitas, in verb. Unire, 16. q. 1. Primo scilicet ut una Ecclesia subiciatur alteri & secundum hoc dignitas, & Sedes Episcopalis erit tantum apud Ecclesiam, cui sit unio. Secundo modo sit unio, ut ex duabus dignitatibus una sit dignitas, iuxta tex. in c. Decimas in fin. ibi, sicut enim Papa duos Episcopatus in unum potest reducere, 16. q. 1. & secundum hoc illi qui sunt Canonici in una Ecclesia, erunt Canonici in altera, & Canonici utriusque simul intererunt electionibus; & aliis communibus negotiis. In hac tamen unione distinguitur secundum præcitas glossas. Nam aut una Ecclesia unitur alteri, aut illæ duæ ununtur simul, quæ duo sunt longe diversa. Primo casu, scilicet cum unitur alteri, aliam sit naturam, consuetudinem, & privilegia eius, cui unitur, & perent iura Ecclesie unitæ c. Recolentes s. ult. in fi. de stat. Monach. Item, ut dicebat Archidiacon. in d. c. Et temporis, n. 4. Ecclesia, cui sit unio, consistit tanquam mater, & Ecclesia unita censetur tanquam filia, c. Cum dilecti supra quod met. caus. cap. Inter dilectos infra de donationib. & tunc nihil sortitur privilegia matris, dicto cap. Recolentes, Doctores communiter appellant hanc speciem unionis accessoria, seu subiectivam, per quam beneficium annexum auerit nomen beneficii, cui est unitum, & efficitur illius prædium. Oldrad. conf. 257. saluum tale est, num. 15. vers.

Ne Sede Vacan. aliquid innovetur, c. Novit

vers. Fundata igitur, Rota decis. 370. alias 11. de rebus Ecclesie non alien. in antiqu. Cardin. Seraph. decis. 1078. numer. 6. Doctores in cap. Dudum, in secundo, & ibi dixi numer. 31. supra de elect. & in cap. Licet, numer. 68. de præben. Hoc tamen primum membrum secunde speciei in effectu videtur coincidere cum prima specie unionis, de qua supra, numer. 2. Ideo que Innocentius non posuit hanc subdivisionem. Secundo autem casu, videlicet cum neutra Ecclesia unitur alteri, sed ambæ in simul ununtur, consuetudines & privilegia, quæ meliora sunt, & humaniora in altera earum, debent uniri, vel retineri in unitate, cap. Medicamentum, de penit. dist. 1. & cap. Non est culpandus, 32. quest. 1. sicut cum Imperator unit actionem bonæ fidei, & stricti iuris, illud unitum retinet ea, quæ meliora fuerunt in altera actione, ut l. Vnic. in princip. C. de rei uxor. act. & cum legata, & fideicommissa ununtur, id, quod humanius erat tam in una, quam in alia, retinet illud unitum, l. 2. circa fin. C. comm. deo leg. Tertio modo possunt uniri duæ Ecclesie, ita ut utraque remaneat Episcopalis: & secundum hoc duæ erunt dignitates, seu Episcopatus sicut erant ante unionem; erit tamen utraque Ecclesia, seu dignitas sub regimine unius Episcopi, & de hac unione est casus hic, & in d. cap. Et temporis, 16. q. 1. & secundum hoc si huiusmodi Ecclesie diversis suberant metropolitanis, propter hanc unionem neuter metropolitanus perdit sui suum, cap. Quia monasterium, infra de Religiof. domb. cap. ultim. de confirmat. uti vel inuiti, secundum Innoc. & glot. prælegat. sic, & Imperator quandoque unit duas dignitates, ut in arch. ut iudic. fin. quoquo suffrag. s. illud, col. 2. & hæc unio dicitur æquæ principalis, quæ operatur, ut quilibet Ecclesia retineat naturam suam, ut per Caccia lup. in tract. de union. art. 8. numer. 5. vers. Et hoc fit modo, Rebuff. in prax. benefic. tit. de union. numer. 11. late Mandos. conf. 27. per tot. Alphonsius Oieda de benefic. incompatibilitat. 2. part. cap. 3. numer. 2. vers. 3. & hoc modo paucis abhinc annis fel. record. Urbanus VIII. in Cathedrali erexit Ecclesiam sancti Angeli in Vado, quæ mihi patria charissima est, & Ecclesiam sancti Christophori Castri Durantis hodie Urbania, & utramque in simul æquæ principaliter univit, ita ut utraque esset Cathedralis, & unus esset Episcopus utriusque, & idem de Episcopatu Viterbien. & Tuscanella dicit Oieda ubi supra, & Gonzal. super reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 29.

6 Sed plenius Holtien. hic num. 4. & in summ. huius tit. §. Quot modis fiat unio, ponit quinque species unionum. Primo enim fit unio quoad communicationem spiritualium tantum, & sic multæ Cathedralis, & monasteria inveniuntur unita. Nam uno ex fratribus vita functo conveniunt omnes in alia Ecclesia sicut in propria ad faciendum Anniversarium, seu septimum, vigesimum, vel trigesimalium pro ipsius anima, de quibus legitur in cap. fin. infra de testamen. & hoc modo potest unus Monachus in diversis monasteriis locum habere, neque ad hanc unionem requiritur auctoritas Papæ, vel Episcopi Diocesani. Nec obstat cap. fin. de Relig. domb. quia obtinere locum in diversis monasteriis vagationis causa non est licitum, ut ibi, sed bene ex causa charitatis, & officii Divini, arg. cap. Damnamus, s. Cum ergo, supra de sum. Trinit. & secundo, sic fit unio, ut una Ecclesia alteri subiciatur in spiritualibus, & temporalibus; ita ut

una sit mater, & altera filia, ut cap. Cum dilectus, supra quod met. caus. & filius dictum est supra in secunda specie unionis. Tertiò, sic fit unio, ut neutra Ecclesia subiciatur alteri, sed quilibet in suo statu, & suo honore permaneat: unde si ante unionem utraque erat Cathedralis, & Episcopalis, utraque remanebit talis etiam post unionem, nec Canonici unius Ecclesie erunt Canonici alterius, isti vocabuntur ad depositionem illorum, neque è converso, erit tamen unus Episcopus duarum Ecclesiarum, & ab omnibus communiter eligetur in loco, de quo in unione conventum est, alias deferant sibi morem arg. cap. Pastor alius, supra de rescripte, & in hoc casu potest intelligi text. in cap. Et temporis qualitas, 16. q. 1. Si vero una sit Cathedralis, & altera Conventualis, in Cathedrali fiet electio, & Prælatum erit Episcopus Ecclesie Cathedralis, & Abbas, sive Præpositus Ecclesie Conventualis, & secundum hanc speciem videtur unio Ecclesie Viennensis, & Romanensis, eisdem Diocesis. Item Lugdunensis, & sancti Iusti eiusdem Civitatis. Item Cisterciensis, & Policarqueriensis, eiusdem Diocesis, nec propter hoc Conventualis efficitur Cathedralis, nisi hoc habeat à Sede Apostolica cap. Felix, 16. q. 1. arg. cap. De locorum de consecrat. distinct. 1. & c. Cum inferior, supra de major. & obedent. Nam ab Ecclesia Romana dignitates omnes traxerunt originem, cap. 1. 22. distinct. Quarto sic potest fieri unio ut idem sit collegium utriusque Ecclesie quoad spiritualia, & temporalia, ita ut qui est Canonici in una, sit Canonici & in altera; & tunc dicitur vera unio; nam cum prius essent duo collegia post huiusmodi unionem erunt unum, cap. Ad apostolicam, infra de Convers. Conjugat. & tali unione facta, eligi debent de utraque Ecclesia consuetudines, & statuta laudabiliora, quæ in utraque de cetero observantur; Quinò denique licet fit unio ut Ecclesia Conventualis etiam Regularis in Cathedrali erigatur, & alteri Ecclesie Cathedrali antiquæ uniat, utraque Episcopali remanente sub uno, & eodem Prælatu, & de tali unione loquitur hæc Decretalis, ita Holt. cum quo concordant hic Jo. Andr. num. 11. But. eod. n. Anchar. n. 4. vers. Hoff. dicit Abb. n. 6. communiter Doctores Petr. de Perusio in tract. de union. cap. 1. num. 5. Caccia lup. in eod. tract. art. 2. n. 1. Hæc tamen, quæ diximus non sunt perpetuo vera, ideo diligenter attendendus est tenor privilegii, cap. Porro de privileg. cap. Dico simul, supra de off. ordin. secundum Innoc. hic n. 1. in fin. vers. Hæc vero, cum quo transeunt Holt. num. 4. circa fin. vers. Tamen secundum Dominum nostram, & Jo. Andr. n. 11. ad fin.

12 Secundo nota ibi, cum per ipsam dissolveretur religio. Tamen si monasterium in Ecclesiam Cathedrali erigatur, nihilominus ibi secundum esse Religionem, ex quo ibidem remanent Religiosi, qui tenentur ad elemosynam, & hospitalitatem servandam. Nam ad hæc tria ordinantur monasteria, ut hic per But. numer. 4. Imol. eod. numer. & Abb. n. 2.

14 Tertio nota ibi, quia tempus adveniat. Tempus sedis vacantis non esse conveniens ad aliquid agendum, vel tractandum super statu Ecclesie. Nam isti Monachi exultabunt quasi tempus sedis vacantis esset opportunum ad reparandam Ecclesie ruinam, & dicebant Benedictus Dominus, ecce nunc tempus acceptabile, &c. Sed decipiebantur,

tur, quia tempus huiusmodi contra eos revolvitur, secundum Holtien. hic num. 9. & Joan. Andr. num. 2. in verb. Tempus. Quod locum habet etiam negotium fuerit ceptum in sede plena, prout hic ceptum fuerit ab Innoc. ut patet in text. ibi, capimus intendere. Nam nihilominus episcopo evisubato, negotium debet conquirecere. Et est simile in presumptione, quae dormit vacante ecclesia, cap. 1. & ibi gloss. ultim. supra de prescriptione. Rationem habes hic in text. quia episcopali sede vacante non debet aliquid innovari, cum non sit qui episcopale ius teneat: & hoc pro regula ponunt hic Butr. & Imol. num. 5. & alii communiter, & ideo non valet sententia contra ecclesiam vacante lata, ut in cap. fin. infra eod. Sicut nec contra minorem, qui non habet tutorem, vel curatorem, l. ad 2. s. ult. ff. de re iudicat. l. in univers. C. qui dat. tutor. poss. & tenet gloss. hic in verb. Sede vacante. in fin. Innoc. num. 4. Holtien. num. 11. Joan. Andr. n. 6. Cardin. n. 1. in quarta quass. Imol. n. 13. & reliqui omnes.

19 Et per predicta cum Senatus Panormitanus ad sedandas commotiones populi necessarium duxisset abolere antiquas gabelas, idque redumderet in grave detrimentum laicorum & ecclesiasticorum, eo quod gabelae huiusmodi essent dotes montium non vacabilium, in quibus ius habebant ecclesiae, monasteria, hospitalia, & alia loca pia ipsius civitatis; ideoque ad satisfaciendum montibus de fructibus, & ad relevandas communes necessitates sede Archiepiscopali vacante de consensu vicarii Capitularis, Canonicorum Cathedralis, & Collegiate, necnon Patrochorum ac Superiorum Regularium novas gabelas nuper impositas etiam ab ecclesiis persolvendas, & huiusmodi impositionis confirmationem a Sede Apostolica postulari. Die, . . . Novembris 1649. in Congregatione a Sanctissimo D. N. ad hoc specialiter deputata censuimus obitare hoc cap. Item cap. Non minus, & cap. Adversus, infra de immunit. Eccles. ubi ad huiusmodi onera imponenda praeter alia exiguntur de liberatio, & consensus episcopi, & Cleri; unde non sufficit consensus Vicarii Capitularis, quia est Capitulum sede vacante succedat in jurisdictionalibus, ut in cap. Cum olim, & cap. His qua supra de maior. & obed. non tamen succedit in potestate deducendi iura episcopi in iudicium, etiam defendendo, ut hic notabiliter dicitur.

23 Abbas panormit. n. 4. Item cum ecclesiae, ecclesiasticae personae, ac res ipsarum non solum iure humano, sed etiam divino a saecularibus exactio-nibus sint immunes, ut legitur in cap. Quoniam, de censibus lib. 6. renunciationi immunitatis huiusmodi non potest Vicarius Capitularis assensum praebere, quia Capitulum sede vacante non succedit in potestate alienandi iura, & bona ecclesiae cap. Si qua, de reb. & cap. Precaria, l. 2. quass. 2. gloss. 1. in cap. Si quis episcopus, 10. qu. 2. gloss. ult. in cap. Proximo, infra eod. Item gloss. ultim. in c. Cum olim, & ibi Butr. num. 16. supra de maior. & obed. etiam magna urgeat necessitas, ut contra opinionem, Hog. & Jo. de qua in d. c. Si qua, de reb. in verb. resisse, tenet gloss. Bernard. hic in verb. Sede vacante, et fuit opinio Vincentii in c. Ad abolendam, infra de heretic. cum quo transeunt Archidia. in d. cap. Precaria, num. 2. & ibi etiam Bellamer, circa med. vers. sed quod non potest alienari, et v. posit. num. 1. 25 vers. Quod non videtur procedere. Reddentes ratio-

nem, quia cum ecclesia pupillo comparetur, & iure minoris fruatur, cap. 1. & cap. Auditor, vers. Nos attendentes, supra de integ. rescriptis. Sicut pupillus nihil alienare potest sine auctoritate tutoris, l. 1. & 2. C. de auct. praesand. Ita nec ecclesia, dum caret pastore alienare potest sine decreto episcopi, cap. Sine exceptione, l. 2. quass. 2. per quem text. Abb. conf. 7. Tria circa primum, num. 4. col. ultim. ante med. vers. Postremo, lib. 2. in fortioribus terminis consultit Clerum Florentinum non potuisse donando etiam Summo pontifici obligare Archiepiscopum ad contribuendum, & solvendum certa data per clerum indicta. Ad idem cap. Placuit, & cap. Abbatibus, l. 2. quass. 2. cap. Noviter, & cap. Regenda, l. 2. quass. 1. Quare cum panormitana ecclesia sit Archiepiscopo viduata, minimè licuit Capitulo, aut Clero consentire impositioni gabelarum in praedictum Archiepiscopatus, quia ut dicit gloss. ultim. in cap. fin. infra eod. sede vacante nihil fieri debet, in quo ei praedictetur. Nec quicquam facit quod nova impositio gabelarum facta fuerit ad relevandas communes cleri, & populi necessitates, ex quo laicorum facultates non suppetunt. Quoniam praeter hoc duo requiritur etiam consensus Archiepiscopi cum clero, ut in d. cap. Non minus, & cap. Adversus, de immunit. Eccles. unde cum sede vacante deficiat Archiepiscopi consensus, nihil prodest communis necessitas, & laicorum inopia. praeterea etiam in casu huius Decretalis monachi petentes unionem dissolvi adducebant pro causa, quia per hoc ecclesia ruina poterat relevari, et nihilominus quia sedes vacabat, & ecclesia carebat defensore, papa noluit eos exaudire. Demum non profuit suffragia Regis, quia similiter in casu huius cap. concurrerant consensus Ecclesiae, & suffragia Regis Angliae cum regni magnatibus, & Episcoporum cum multis Abbatibus, ut dicitur in littera, & tamen non fuerunt exauditi, quia cum sedes vacaret, eorum petitio erat illicita, ut dicunt Holtien. hic num. 9. & Joan. Andr. num. 2. Nam petitioni Principum vel Praetorum non est annuendum, cum aequitatem non foverit, ut ex hac littera deducunt Cardin. num. 4. Anchar. num. 12. Abb. eod. num. circa fin. vers. Nota quod petitioni, & Joan. de Anan. num. 6. Et est simile in cap. innotuit, vers. Multa, supra de elec. Nec obstat quod Innoc. hic num. 2. excipiat duos casus, in quibus per Capitulum sede vacante potest fieri alienatio. Primo scilicet quando sunt res, quae servando servari non possunt; quia tunc dummodo pretium servetur, Capitulum poterit alienare, arg. l. Lex quis tutores, C. de administrat. tutor. & l. fin. C. Si propter publ. pensit. Secundo quando Ecclesia est in eo statu, ut diu sit vacatura, & imminet Ecclesiae periculum, si a lesu non differatur. Quoniam Innoc. loquitur in Ecclesia inferiori, de qua etiam loquitur cap. Dudum de reb. Eccl. non alien. lib. 6. & nihilominus tenet per Capitulum non posse fieri alienationem, nisi per iudicem detur bonis curator, aut defensor, cuius auctoritate fiat alienatio, l. 1. & 2. ff. de curat. bon. dan. ad hoc d. cap. Dudum, de reb. Eccl. non alien. lib. 6. Idque speciale esse in Ecclesiis minoribus, notat Calderin. conf. 1. post med. vers. Non obstat quod vacante sede. Hodie tamen in his servari debet dispositio Extravagantis Ambrosiae, de reb. Eccl. non alien. His accellerunt aliae consideraciones multi ponderis, ob quas supplicatio Senatūs Pa-

Panormitani rejecta fuit, sed eas consulto omittimus, quia non faciunt ad materiam huius Decretalis.

34 Ultimo nota, auctoritate Apostolica indulgentes Solum Romanum Pontificem, qui potest cathedrales Ecclesias erigere, cap. Felix, l. 6. q. 6. eaque invicem unire, cap. Sicut unire, de excess. Prelat. similiter posse illarum uniones dissolvere: Papa enim auctoritate Apostolica licet indulget, ut postquam Bachonienis Episcopus fuit ordinatus, Prior, & Monachi Ecclesiae Glastonenis unitae facultatem habeant prosequendi ius suum apud Sedem Apostolicam pro dissolutione unionis. In hoc autem fuit indulgentia, quia cum unio harum Ecclesiarum facta fuisset a Celestino, & ab Innocentio confirmata permittitur eis agere contra factum praedecessoris, & Principis, contra quod non licet etiam petere beneficium restitutionis in integrum, l. Minor autem, ff. de minor. nec poterat supplicari, quia biennium erat elapsum, l. Quae supplicatio, C. de precib. Imper. offer. & hic not. gloss. fin. Innoc. num. 7. in ver. indulgentes, vers. Item est specialis gratia, Holt. num. 2. 4. Joan. Andr. n. 7. vers. Item quia promittit, & Butr. n. 9. vers. Item est indulgentia, Praeterea omnes per quascunque causas nascitur, per eandem dissolvitur, cap. 1. ans. de reg. jur. l. Nihil tam naturale, & l. Felix, l. secunda, ff. eod. & ead. auctoritas qua requiritur in constitutione actus requiritur etiam in illius destructione, Clem. Ne Romani, de elec. Roman. conf. 65. vers. Themate, num. 2. vers. Hoc enim, & conf. 116. Vsti in princ. & in terminis revocationis unionis est text. in d. c. Sicut unire, ibi auctoritate, de excessib. Praetorum. Ideoque nec

38 Legatus de latere potest revocare uniones, quas fecit Papa de plenitudine potestatis, ut concludit Petr. de Perul. in tra. de revocat. union. c. 4. n. 2. circa fin. vers. De secundo vero. Quomodo nec potest Legatus revocare uniones Ecclesiarum exemptarum, quia nec potest illas unire, ut notat gloss. in d. cap. Sicut unire, in verb. In tua dioecesi, de excess. Prelat. Et ibi etiam Holt. num. 1. in verb. Sua dioecesis, & n. 2. in verb. Auctoritate nostra, & firmat Petr. de Perulio diff. cap. 4. n. 3. vers. Secundo quaeritur, & generaliter uniones factas per Papam non posse per inferiorem dissolvi, dixit Rota in recent. dec. 737. n. 2. part. 2. per notata in cap. Inter dilectos, de fide instrumet.

40 Et ex his cum superioribus annis san. mem. Urbanus VIII. de plenitudine potestatis univisset Eremitas Camaldulenses, & montis Coronae, & Camaldulenses praetenderent unionem fuisse dissolutam ab ipsismet Eremitis montis Coronae in Congregatione particulari habita die 22. Nov. 1649. hac praesentio rejecta fuit tanquam frivola, quia non licuit partibus venire contra factum Papae, c. Inferior, 21. dist. 1. c. Cum inferior, de maior. & obed. Clem. ne Romani de elec. & in terminis dissolutionis unionis tradunt Innoc. & alii supracitati

42 n. 35. Et quemadmodum solus Papa post diversas Religiones aggregare, seu unire, ut cap. fin. de relig. domib. lib. 6. & late probavi in cap. Reolentes, ad nu. 2. 4. infra de stat. monach. & monasterii diversorum Ordinum tenet Paulus de Leazaris, in Clem. 1. de elec. & post eum Butr. hic. nu. 1. circa fin. vers. An unio possit fieri de monasterio diversae religionis; ita solus Papa potest uniones Religionum dissolvere, quia prout, quodque producit, sic resolvitur, ut Bald. inquit in conf. 28. super eo. num. 1. vers. Nam

regula Generalis est, lib. 3. & constat ex dictis.

43 Ultimo nota ibi, ut unione dissoluta monasterium vestrum reduceremus in statum antiquum, hunc esse praecipuum effectum dissolutionis unionis, a qua cuius conditionis, & qualitates erant Ecclesia ante unionem illius conditionis, & qualitates remanebit dissoluta unione: & hanc regulam principalem ex hoc text. elicit Petr. de Perulio in tra. de revocation. union. cap. 7. n. 1. inter tradit. immunes voi. 15 fol. 163. unde secundum eum h. Ecclesia unita erat sine cura, remanebit sine cura dissoluta, & revocata unione. Item si Ecclesia erat curata, remanebit curata: Item si erat baptismalis Ecclesia, remanebit baptismalis. Item si Ecclesia erat Collegiata, remanebit Collegiata: Item si Ecclesia erat saecularis, remanebit saecularis; Item si Ecclesia erat Regularis, remanebit Regularis: Item si monasterium erat erectum in Ecclesiam cathedrali, remanebit ut monasterium, non ut Ecclesia cathedralis, quia haec omnia respiciunt antiquum statum Ecclesiae, ut per eum facit text. in l. Plane ff. de oper. libert. m. l. Adulter, s. fin. ff. de adulter. in l. in rem, s. fin. ff. de rei vendic. & in s. si quis ex aliena inquit de rerum divisione. Res enim de facili redit ad naturam suam, cap. Ab exordio 35. dist. 1. si unus, s. Pactum ne peteret ff. de pact. Item firmant Joan. Bapt. Caccialup. de unib. in 10 art. vol. 100. 15. Traictatum fol. 152. Rebuff. in praer. benef. in tit. de Revocat. union. n. 38. Calcan. conf. 34. n. 3. vers. Eateor & Nicolaus Garzia de benef. p. 12. s. 3. num. 309. concludentes revocationem, & dissolutionem unionis operari, ut corpora unita revertantur ad suam primam naturam Acti Rota diff. 706. n. 4. par. 2. recent. & coram Verallo de off. 345. num. 1. part. 2.

45 Et ex hoc cum Congregatio saecularis Clericorum Doctrinae Christianae in Gallia a Clem. VIII. instituta, a Paulo V. unita fuerit religioni Clericorum Regularium de Soma Bulla, ut in Bulla unionis, quae incipit Ex impetu, in Bulla. tom. 3. in appendis pag. 66. & nuper a Sanctissimo D. N. Innocentio X. per litteras in forma brevis sub die 30. Julii 1647. hac unio fuerit dissoluta: Die 12. Junii 1651. in Congregatione Cardinalium, & Praetorum a Sanctitate sua ad hoc specialiter deputata dictum fuit, primo dictam Congregationem Clericorum Doctrinae Christianae per dissolutionem unionis huiusmodi redactam esse ad statum saecularem, nec opus fuisse illam saecularizare, quia ex ipsa unionis dissolutione amittit statum regularitatis, & reallum situm antiquum saecularitatis, in quo ante unionem reperirebatur; licet personae, quae solummodo professionem in ea emiserunt durante unione, adhuc remaneant Regulares: actus enim omnes facti durante unione non revocantur per reg. Factum legitime non retractatur, licet perveniat ad casum, a quo incipere non potuit, & notat Rebuff. ubi supra n. 45.



NE SEDE VACANTE.

Cap. Illa.

S Y M M A R I V M.

- 1 **C**apitulum sede vacante non confert beneficia specialia ad collationem solum Prælati, & non d.
- 2 Secus si collatio inter Episcopum, & Capitulum sit simultanea, vel ad Capitulum tantum pertineat, & num. 16.
- 3 Impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de collatione prius alteri facta à non habente potestatem conferendi, nec de possessione inde facta.
- 4 Collatio facta à non habente potestatem non impedit eorum tenendi.
- 5 De gratia ad verfarum, quæ nulla est, non tenetur quis in gratia sua facere mentionem.
- 6 Prohibita censetur quod non apparet concessum in lib. quæ generaliter sunt prohibita.
- 7 In alio procedit contraria regula.
- 8 Collatio beneficiorum vacantium post obitum Episcopi referatur Episcopo successori, & si periculum sit in mora, recurritur ad Papam.
- 9 Sed ex Regula sermilla Cancellaria pertinet ad Papam indistincte.
- 10 Capitulum sede vacante succedit in iure confirmandi electionem, sed non in iure conferendi beneficia, & quæ ratio diversitate, & non, seq.
- 11 Confirmatio non donat, sed tantummodo seras administrationis solvit, & referat.
- 12 Confirmatio est actus necessarius, & sapit iustitiam: collatio est voluntaria, & sapit gratiam.
- 13 Capitulum sede vacante non succedit in iurisdictione voluntaria, sed in necessaria tantum.
- 14 Non succedit in dandis indulgentiis.
- 15 Succedit in presentationibus admittendis, & institutionibus faciendis. Institutio presentatorum est iurisdictionis necessaria, non voluntaria, ibid.
- 16 Capitulum sede vacante, vel Decanus nullam auctoritatem sibi vendicat in examiniibus, per concursum pro collatione Parochialium Ecclesiarum, sed infra alios dies post obitum Episcopi Vicarium constituunt, & n. 25.
- 17 Vicarius Capituli sede vacante constituit Vicarium in Parochialibus vacante eam congrua fructuum assignatione, & n. 28.
- 18 Item vacat per edictum publicum. Omnes, qui volunt examinari, & concursum institui, & magis idoneum eligi iuxta formulam præscriptam à S. Congregatione Concilii.
- 19 Examinatorum Synodaliū auctoritas an, & quando expret.
- 20 Examen per concursum requiritur in qualibet vacatione, nec sufficit ut quis fuerit alias in concursu approbatus.
- 21 Examinatores Synodales non unum solum, sed plures, quos iudicaverint idoneos, debent renunciare.
- 22 Ex quibus non Examinatores, sed Episcopus, vel Vicarius Capituli sede vacante magis idoneum eligit.
- 23 Vicarius Capituli sede vacante, quæ formula con-

- cipiat litteras testimoniales concursus per alios transmittendas ad Papam pro collatione Parochialium Ecclesiarum.
- 26 Capitulum sede vacante non potest conferre Parochialem vacantem in Commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus.
- 27 Nec et fructus concedere durante Commenda.
- 28 Vicarius Capituli sede vacante non potest eum, quem magis idoneum iudicavit in Parochialibus vacante Vicarium constituere.
- 29 Vicarius Apostolicus deputatus cum iurisdictione contentiosa, & voluntaria, excepta beneficiorum collatione, an possit concursus instituire, & n. seq. usque in finem.
- 30 Exceptio firmat Regulam in casibus non exceptis. Visitor Ecclesie vacantis non confert beneficia, nisi sit datus à Papa, ibid.
- 31 Electio magis idonei, & collatio sunt diversa, & ex una ad aliam non inferuntur.
- 32 Concursus fieri debet ab Episcopo, licet collatio Parochialia ad alium spectet.
- 33 Vicarius Capituli sede vacante beneficium non confert, & tamen concursus constituit.
- 34 Vicarius Episcopi sine Capituli commissione non confert beneficia, & tamen instituit concursus Episcopo impedire.
- 35 Capitulum habens ius conferendi Parochialem, non potest edicta proponere pro concurrentibus, sed hoc ius pertinet ad Episcopum.
- 36 Prohibito aliquo prohibetur omnino, per quod pervenitur ad illud.
- 37 Prohibito consequenti, censetur etiam prohibitum omne necessarium antecedens.
- 38 Quod procedit quando consequens est destruitum, aut perpetuo prohibitum.

**I**LLA. Capitulum sede vacante non confert prebendas spectantes ad collationem Prælati. Hoc dicit Jo. Andr. Burr. Cardin. Anchar. Imola. & Jo. de Anan. Vel clarius secundum Abbatem, Beneficia spectantia ad collationem Prælati dumtaxat non possunt conferri per Capitulum sede vacante. Secus ergo si collatio inter Episcopum, & Capitulum esset simultanea, vel ad Capitulum tantum pertineret, ut cap. unico, infra eod. lib. 6. & hic notant Abb. Antiquus in fine Hosti. num. 3. vers. Hoc est intelligendum. Jo. Andr. eod. in ver. Episcopi, & reliqui omnes. Dividitur in tres partes. Prima decisè narrat factum. Secunda distinguit ibi Ecclesiam. Tertia solvens oblatum probat devotioni locum non fuisse, ibi, Non obstante.

Nota primò ibi, Non obstante concessione per Capitulum facta. In impetratione beneficij non esse opus mentionem facere de collatione prius alteri facta à non habente potestatem conferendi, nec de possessione inde sequuta, prout hic fuit facta collatio, seu provisio per Papam non habita mentione de collatione prius alteri facta per Capitulum sede vacante: nam talis collatio non impedit eorum tenendi, & sic non obstat cap. Cum nostris, supra de concess. preb. & hanc regulam ex hoc textu deducit hic Anton. de Burr. num. 3. Imol. nu. 2. Anchar. & Jo. de Anan. in primo not. ubi. Et quamvis Jo. Cald. in d. cap. Cum nostris, & Abb. ibi num. 2. dicant hic non apparere quod provisio per Capitulum possederit: tamen verius videtur quod primo dixi, quia possessio hic non erat colo-

rata, cum Capitulum careret conferendi potestate; & ideo de tali possessione non erat facienda mentio in litteris provisionis, ut etiam advertit Cardin. in d. Cum nostris, in 10. oppositum. 12. vers. Et ubi possessio non erat colorata. Generaliter autem de gratia ad verfarum, quæ nulla est, non tenetur in gratia mea facere mentionem, quia non præstat impedimentum, &c. ut resolvit Rota decis. 179. incip. Nota quod de gratia ad verfarum, alibi 69. de rescript. in Antiq.

Secundò nota ibi, Cùm nusquam reperitur casuum; Censeri prohibitum quod non apparat concessum, ut hic, & in concord. de quibus in gloss. 3. quæ regula procedit in his quæ generaliter sunt prohibita, sicut est collatio prebendarum. Nam regula prohibitoria est, ut nullus beneficia conferat nisi Episcopus, ut c. Nullus, in 1. primo, 16. quæst. 7. cum concord. de quibus hic per Jo. Andr. num. 2. in ver. In iure, & declarat Card. eod. num. 2. In aliis procedit contraria regula, videlicet intelligitur concessum quod non invenitur prohibitum, cap. Sunt nonnulli, 16. quæst. 1. cap. Super, & ibi gloss. in ver. Non retinet, de sent. excom. Nec non, §. Quod ex, ff. Ex quibus caus. major. cum similibus, ut per gloss. in cap. Inter corporalia, §. Sed neque, in ver. Non invenitur, de Translat. Episcopi. In talibus enim edictum est prohibitorium; & ideo quicumque non prohibetur per consequentiam admittitur, ut cap. Cùm apud de sponsal. Matru. ff. de Procurat. & l. i. ff. de testib. Et in idem recidit alia distinctio, quam ibi ponit glossa in fine, videlicet, quod ubi constitutio promulgata fuit affirmativa, tunc intelligitur concessum, nisi reperitur prohibitum, ut patet exemplum in cap. Deus masculum, & cap. Quod si dormierit, 31. quæst. 1. ubi verò Constitutio fuit promulgata negative, semper intelligitur prohibitum, nisi inveniat concessum. Exemplum habes in cap. Si non licet 23. q. 5. & in hoc secundo membro loquitur hoc cap.

Ultimò nota ibi, fungatur iure Episcopi in collatione. Capitulum sede vacante quicumque succedat in iurisdictione Episcopali, ut cap. In qua, & cap. Cùm olim, & ibi dixi in 2. notab. supra de major. & obed., tamen non succedere in ius conferendi prebendas, & beneficia pertinentia ad collationem solum Episcopi, ut hic est casus secundum omnes in sumario textus. Imò eorundem collatio reservari debet iussoribus. Quod si periculum esset in vacatione, recurrendum esset ad superiorem, ut cap. Quia diversitatem, §. penult. supra de concess. preb. secundum Innocent. hic in princip. scilicet Papam, qui Generalis est Ordinarius totius Orbis, ut cap. Cuncta per mundum, 9. quæst. 3. & cap. 2. de preb. lib. 6. Unde alius superior in hoc se introumittere non potest; cap. Romana de suppl. negl. Prælat. lib. 6. secundum Hostien. hic num. 1. vers. med. in ver. Fungatur, Jo. Andr. num. 2. in ver. In iure, Cardin. num. 4. vers. Tertio oppono, Abb. numer. 3. & alios communiter. Tu verò dicas hodie nullo casu collationem transire in Episcopum successorum, sed indistinctè pertinere ad Papam, licet non sic periculum in vacatione, quia ex regula secunda Cancellarius reservatur dignitates & beneficia omnia, quæ tempore vacationis Episcopatum quomodocumque vacaverint usque ad provisionem successorum, & adeptam ab eis pacificam possessionem.

Quod si quæras rationem cur collatio preben-

darum non transeat in Capitulum sede vacante, respondet Innocent. hic in principio, quia Prælati ius conferendi prebendas non habent à Capitulo, sed à fundatione, vel privilegio, vel alio modo, ut notatur in cap. Ad obedientiam de heret. Et inde est ut Capitulum succedat in iure confirmandi electiones, ut cap. Cùm olim, supra de major. & obed., quia confirmatio est de iure Episcopali, quod Prælati intuitu Ecclesie habet: collatio autem prebendarum competit Episcopo de iure specialiter, in quo Capitulum non succedit. Sed hæc ratio non placet Host. hic num. 1. post med. vers. si ratio quia ius conferendi prebendas de iure communi spectat ad Capitulum, & non ad alium, ut leg. & notat. in cap. Cùm ecclesia Valeriana, de elect. in cap. fin. de cler. peregrin. in cap. 3. de instit. Sed etiam ex donatione Regis, vel alio modo Episcopus hoc ius acquisivisset, nihilominus Ecclesiasticum conferretur, ut legitur, & not. in cap. Dilectus, in tertio, de preben. Dicendum est igitur secundum Hostien. idcirco ius conferendi beneficia non transire in Capitulum, quia specialis prohibitio est generaliter tamen promulgata, ut nullus conferat beneficia nisi Episcopus, vel eius Vicegerens, ut cap. Nullus, in primo, 16. quæst. 7. cap. 3. de instit. & cap. Admonet, de renunc. Statur ergo hinc specialis prohibitio contra regulam generalem, quod Capitulum supplet defectum Episcopi sede vacante, ut in cap. In qua, & cap. Cùm olim, de major. & obed., quia semper generat per speciem derogatur, cap. 1. & cap. Pastoralis, supra de rescript. cap. Generi, de reg. iur. lib. 6. & propterea ius conferendi Capitulum non conceditur, quamvis de iurisdictione sit, ut cap. Hostien. de elect. secundum Hostien. cum quo concordat per omnia Jo. Andr. numer. 2. in ver. in iure. Est igitur ratio differentie inter confirmationem, & collationem, quia plus est conferre, quam confirmare: nam qui confirmat non donat, licet quia ff. de iurisd. omni. iudic. cap. Inter dilectos, §. Ceterum, de iude instrum. Sed tantummodo foras administrationis solvit, & referat, cap. Cùm dilectus, §. Nos igitur, ad fin. de confir. uti, vel inutil. Ostrad. cons. 146. Factum est tale de consecrat. numer. 4. vers. Sed ad hoc respondetur. At qui conferat, donat, ut cap. alt. de offi. vicar. lib. 6. Et hanc rationem differentie assignat glossa in cap. 1. in verb. Non possit, de instrum. eod. lib. Hostien. & Joann. Andr. locu citatu. Ego assigno aliam rationem, quia confirmatio est necessitatis, cap. 3. & ibi Burr. in 5. notab. supra de elect. & sapit iustitiam, cum per electionem sit ius quæritum electo, & igitur sit debita confirmatio, ut cap. Cùm inter, in tertio eod. tit. sed collatio est voluntatis, & sapit gratiam, ut hic in princip. & in dict. cap. fin. de offi. vicar. lib. 6. & notat gloss. ante casum in cap. 1. de iustit. eodem lib. & Abbas hic numer. 3. post med. & numer. 6. vers. Ratio diversitatis. At Capitulum sede vacante non succedit in iurisdictione voluntaria, sed in necessaria tantum, quia est necessarius, & non voluntarius administrator, ut tenet gloss. in Clem. 1. in ver. Capituli, de heret. quam dicit communiter approbatam Felin. in d. cap. Cùm olim, num. 6. vers. Ad decimam tertiam quæst. supra de major. & obed. Rota decis. 3. incip. Si Episcopus, numer. 3. de offi. vicar. in novis. Nec succedit in his, quæ sapiunt gratiam, gloss. in cap. 1. in ver. Presentatus, de instrum. lib. 6.

Et inde est, ut Capitulum sede vacante non suc-

cedat in dandis indulgentiis, ut voluit Joan. Andr. in cap. Accedentibus, num. 2. vers. *Ex praedicta de excess. Pralat.* Cader in repet. cap. Nostro ad fin. de penit. & remiss. Archid. & Gemm. in c. 1. eod. tit. lib. 6. & Felin post alios in d. c. Cum olim, n. 7. Et quamvis nonnulli oppositum sentiant, tamen haec opinio communiter tenetur, ut dicit Cardin. in Clem. 2. s. ad haec, quib. 3. n. 1. 4. ad fin. vers. De capitulo etiam de penit. & remiss.

15 **E** contra vero Capitulum succedit in admit- tendis praesentationibus, & institutionibus facien- dis, quia haec sunt jurisdictionis necessariae, & non voluntariae, ut est expressum in c. 1. & ibi no- tat Joan. Andr. num. 10. vers. In gloss. & ibi conferen- di, de institut. lib. 6. Holl. ibi num. 3. ad finem, vers. De- no contrarium, Cardin. in c. 2. ibi que, num. 2. de major.

16 **O**bed. Rota dicit, s. num. 3. de offic. Vicar. Et pro- pterea in reg. 2. Cavellariae, qua reservantur Papae Beneficia vacantia tempore vacationis Episco- patorum ad collationem, praesentationem, elec- tionem, & quancunque aliam dispositionem E- piscoporum pertinentia, apponuntur duae excep- tiones per illa verba: non tamen ad collationem cum alio, vel alius, aut etiam alterius praesentationem, vel electionem pertinentia. Prima exceptio fuit posita propter ea, quae habentur in cap. unic. Ne sede vacante lib. 6. ut tetigi supra num. 2. Secunda vero propter ea, quae habentur in d. cap. 1. de institut. eod. lib.

17 **E**t ob eandem rationem Vicarius Capituli se- de vacante potest instituire concursus parochia- lium vacantium, & magis idoneum eligere ad praescriptum Concilii Tridentini, cap. 18. sess. 24. Nam magis idoneo reperto inter probatos ab ex- aminatoribus synod. libus debetur praesectio ex iustitia, ita ut si fuerit postpositus possit appel- lare, & provocare praesectum ad novum examen ex Constitutione Pii V. 33. in conferendis, ut plenè adnotavi in c. Eam res, supra de arat. & qualis. Unde cum adus praesectio sit jurisdictionis necessa- ria, merito transit in Vicarium Capituli sede vacante ex praedictis, licet Capitulum in hoc se in- gerere non possit.

Potest in S. Congregatione Concilii fuit actum de observandis in examinibus faciendis pro colla- tione parochialium sede cathedrali vacante, & ita concepta fuit declarationum formula per ma- nus transmissa, & a Sanctissimo approbata. In pri- mis Capitulum nullam sibi in hifce examinibus auctoritatem vendicabit, sed constituet officia- lem, seu Vicarium infra octo dies post mortem E- piscopi, prout mandat Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 16. Is Vicarius sic constitutus obibit illa omnia munia, quae Concilium sess. 24. c. 18. statuit obeunda ab Episcopo, seu ejus Vicario cum paro- chialis Ecclesiae vacatio contigerit; & in specie statim habita notitia vacationis Ecclesiae, & ante- quam ullum fiat examen, constituet idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portione af- signatione, reservatis reliquis fructibus iis, quibus jure videbitur. Hic autem Vicarius in parochiali positus ejus onera sustinebit, donec ei de Rectore provideatur. Postea per edictum publicum voca- bit omnes, qui voluerint examinari pro obtinen- da parochiali vacante. Deinde examinabit eos, qui concurrerint, adhibitis etiam aliis examina- toribus, sicut tribus, quorum votis, si paria, aut singularia fuerint, accedere possit ipse Vicarius,

20 quibus magis ei videbitur. Curabit idem Vica- rius, ut lingulis annis a dicecesana synodo tres- benentur examinatores saltem sex, ex quibus tres ipse eligeret, eosque congregabit, qui fecerint examen perfecerint ad singulas parochiales vacantes, & si duo, vel unus tantum ex dictis examinatori- bus etiam cum Vicario, vel omnestres, aut etiam sex adque Vicario se ipsos congregaverint, & ex- amen perfecerint, nullum erit. Et si ex dictis sex examinuatoribus aliqui intra annum suae electio- nis mortui fuerint, tota facultas examinandi ad superiores, etiam si unus tantum superviseret, spe- stabit eo anno durante. Si contingat sequentibus annis nullos alios examinatores eligi in synodo dicecesana, illi sex, qui semel praecedente anno ex decreto Concilii fuerint electi, pro legitimis ha- beantur etiam post lapsum anni suae electionis, & sic in officio suo perseverare possint, donec al- lii servata forma Concilii electi fuerint. Et si ex dictis sex examinuatoribus aliqui mortui fuerint, curabit Vicarius, ut lapsu anno alii in locum de- mortuorum sufficiantur, seu eligantur in synodo dicecesana, alioquin qui supererunt, pro legitimis non habeantur. Examen, & approbatio pro legiti- mis non habeantur ad parochialem vacantem, si ante ad alias parochiales, & quae prius vacave- rint, fuerint facta, ita ut non sufficiat, quem judi- catum fuisse idoneum praeteritis mensibus, aut an- nis ad aliquas parochiales, sed semper opus sit novo examine, & nova approbatione ad ipsam pa- rochiam, de cujus collatione singulis vicibus ag- gitur: Examinatores ex pluribus examinatis non unum solum, sed plures, quos judicaverint ido- neos significabunt Vicario, & ex illis pluribus ido- neis per examinatores judicatis, non ipsi exa- minatores, sed solus Vicarius eligeret, quem ceteris magis idoneum judicaverit. Haec enim facultas nullo modo examinuatoribus competit, cum soli Episcopo à Concilio sit attributa, cuius loco erit Vicarius sede vacante. Ipse etiam solus Vicarius absque examinuatoribus scribet litteras ad San- ctissimum D. N. ad quem collatio parochialis spe- stabit, quibus praecipue testabitur propositum fuisse edictum, & examen per concursum factum, totque examinatos fuisse, & ex examinatis tot idoneos à tribus saltem examinuatoribus judicatos, sed verò ex illis idoneis talem ceteris magis ido- neum judicasse, elegisseque.

21 **C**apitulum, aut Decanus cathedralis Ecclesiae nullum sibi jus vendicet proponendi edictum, aut deputandi, seu eligendi, vel convocandi coram se examinatores, nec jubendi aut curandi, ut coram se, aut examinuatoribus deputatis, ab eo examen fiat, minus eligendi magis idoneum, aut litteras testimoniales de eo scribendi. Sed haec omnia, ut supra dictum est, exequetur partim synodus dice- cesana, partim Vicarius sede vacante constituen- dus, quem Capitulum omnino constituere debet ex d. 16. Multo magis idem Capitulum abstineat à conferendo Parochialem vacantem in commen- dam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit ju- dicatus: maxime etiam caveat, ne cōcedat omnes fructus ipsius Parochialis eidem dicta commenda durante: Quoniam Concilium haec omnia prohibuit, dum statuit debere Episcopum statim habita notitia vacationis Parochialis idoneum in ea Vi- carium cum congrua fructuum portione constituere, quod minus obibit, ut supra dictum est, Vicarius

prae sede vacante deputatus, Cavebitque & imple dicta commenda, & à concessione omnium fructuum. Et illud quoque sibi interdictum scierit, ne eum, quem magis idoneum ipse judicaverit, constituat Vicarium in Parochiali, aut ei quoquo- modo praeficiat, donec collatio fiat, sed debet om- ninò à principio vacationis, & antequam ullum examen fiat constituere in ea alium Vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec Paro- chialis fuerit à Sede Apostolica, magis idoneo collata.

30 **S**ed queritur An Vicarius Apostolicus depu- tatus cum jurisdictione tam contentiosa, quam voluntaria ad Episcopum pertinente, excepta tamen facultate beneficia Ecclesiastica confe- rendi, & litteras commendatitias, & dimissorias ad sacros Ordines concedendi, possit edicta pro- ponere pro concursibus Parochialium vacantium instituendis, & magis idoneum eligere: An verò id jus ad Episcopum spectet, juxta formam d. c. 18. sess. 24.

De hoc dubio consultus de mandato Sanctissi- mi D. N. Innocentii X. in casu Archiepiscopi Be- neventani, Respondi hujusmodi facultatem per- tinere ad Vicarium Apostolicum, quia cum sum- datam habeat intentionem super exercitio juris- dictionis Episcopalis tam contentiosae, quam vol- untariae ex forma litterarum Apostolicarum, & excipiantur tantummodo duo casus, videlicet beneficia conferendi, & litteras commendatitias, & dimissorias concedendi: talis exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, l. Questum, S. Denique, Neratius, ff. de fund. instr. c. Dominus, 3. 2. 4. 7. Sicut Visitator datus à Metro- politano cum administratione spiritualium, & tem- poralium excepta beneficiorum collatione, ut in c. Ecclesiae, s. ult. de suppl. negl. Pralat. lib. 6. In aliis vi- detur potestatem habere, quasi per exceptionem firmetur Regula, ut dicit gloss. in Clem. 1. in ver. Capituli, de Heret. post Jo. Monach. in d. c. Ecclesiae, n. 4. Praesertim verò quia Vicarius Apostolicus, nisi obitaret illa exceptio in litteris suae commis- sionis appolita, possit etiam beneficia conferre ad instar Visitatoris dati à Papa Ecclesiae vacante, qui in spiritualibus, & temporalibus administrat, & beneficia confert, ut in d. s. hujusmodi, & ibi notat gloss. in ver. Non potest, & communiter Doctores.

32 **E**t confirmatur, quia jus instituendi concursus & eligendi digniorem inter probatos ab Exa- minatoribus synodalibus est quod omnino diversum à collatione beneficii, & ex uno ad aliud non in- fertur, arg. cap. in illa, s. illud, de Prob. lib. 6. Clem. 1. & ibi gloss. in ver. Quamvis, eod. tit. Dixi in c. Nul- lus, n. 2. sup. à de elect. Ideoque Concilium Tri- dentinum in d. cap. 18. vers. Peracto, sess. 24. statuit ut inter probatos ab Examinatoribus Synodali- bus Episcopum eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri col- latio Ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre, & sic alius eligi, alius confert. Unde & in Parochialibus auctis, & reservatis Papa con- fert, sed Episcopus ex d. cap. 18. & Bulla Pii V. 33. in conferendis instituit concursum, & eligit di- gnorem. Similiter Vicarius Capituli Sede vacan- te non potest beneficia conferre, ut hic probatur, & constat ex dictis supra in auct. notat. & tamen po- test concursus instituere, & digniorem eligere, ut ex sententia S. Congregationis ostensum est su-

35 pra, num. 17. & seqq. Item Vicarius Episcopi sine speciali commissione non confert beneficia, ut c. final. de offic. Vicar. lib. 6. & tamen impedito Episco- po instituit concursum, ut habetur in d. cap. 18. vers. Transacto constituto tempore. Item S. Congre- gatio Concilii in causa Burgen. censuit Capitu- lum habens jus conferendi non posse edicta pro- ponere pro concurrentibus, sed hoc jus pertine- re ad Archiepiscopum, ut in subiecta declaratio- ne, videlicet

Cardinalis Paecho Episcopus Burgenis petit declarari, quando collatio Parochialis etiam ab immemorabili tempore pertinet ad Capitulum Cathedralis, vel Collegiate Ecclesiae; vel ad alium inferiorem, an ad eundem occurrente illius vacatione pertinere possit edictorum positio ad vocandos oppositores, an verò ad episcopum tantum, Die 17. Septembris 1574. S. Congregatio censuit si beneficium sit in Dicecesi Burgen. specta- re ad Episcopum propositionem edictorum. Et cum idem petitur declarari Archiepiscopus Compostellanus, die 15. Junii 1575. eadem S. Co- gregatio censuit respondendum, ut in Burgen.

Igitur ex eo quod Vicarius Apostolicus non possit beneficia conferre, non rectè inferitur, ut non possit edicta pro concurrentibus proponere, & magis idoneum eligere; sicut e converso non rectè inferitur, Archiepiscopus habet collationem beneficiorum: ergo & jus instituendi concursus.

Sed objicies, aliquo prohibito, omne id probi- betur, per quod pervenitur ad illud, ut l. Oratio, ff. de sponsal. cum pluribus concord. de quibus ibi in gloss. unica, & per Jo. Andr. in c. Cum quid prohibe- tur, n. 1. de reg. jur. lib. 6. Sed Parochialis Ecclesiae collatio prohibita est Vicario Apostolico in litte- ris suae deputationis. Ergo videtur etiam prohibi- tus concursus, & electio magis idonei, per quae pervenitur ad collationem, sicut prohibito ma- trimonio prohibentur etiam sponsalia, per quae pervenitur ad matrimonium, ut in d. l. Oratio, & notat Jo. Andr. ubi supra: & eo magis quia con- cursus, & praesectio dignioris sunt veluti pra- ambulum, & antecedens necessarium ad colla- tionem Parochialis Ecclesiae, cum aliter facta collatio non teneat, ut in d. cap. 18. ad fin. vers. Alias provisiones, sess. 24. Prohibito autem consequenti censetur etiam prohibitum omne necessarium antecedens, ut l. 2. s. Marui dario, & ibi gloss. in ver. In creditum ff. Si certum petatur, & notat Jo. de Platea, in l. 1. c. de Declaratoribus, lib. 10. cum simil. ut per Everardum in sua centuria legali in loco A destructione consequentis ad destructionem an- tecedentis num. 1. & 2.

39 **A**t respondetur huic argumentationi inesse fallaciam, quia major propositio desumpta ex re- gula d. l. Oratio; procedit in consequenti prohibi- to simpliciter, & absolute; tunc enim destructo consequenti, destruitur etiam necessarium ante- cedens. At collatio Ecclesiae Parochialis non est prohibita simpliciter, & absolute; imò potest, & debet fieri per eum, ad quem pertinet, ut in d. cap. 18. sed tantummodo prohibetur Vicario Aposto- lico, unde consequenti non destructo, non licet inferre ad destructionem antecedentis, sed minus confert, & alius eligit, ut ex dictis constat. Prae- terea dictum argumentum procedit tantum, quando consequens est perpetuò prohibitum: tunc enim est etiam prohibitum antecedens, ut

in d. l. Oratio, secus vero si consequens non sit prohibitorium perperam, ut in hoc casu, in quo post concursum fieri debet collatio ab eo, ad quem spectat; quia tunc non est prohibitorium antecedens, ut l. si quis officium in primo ff. de vir. nuptiar. & postea l. si quis officium in primo ff. de vir. nuptiar. & postea l. si quis officium in primo ff. de vir. nuptiar. & postea l. si quis officium in primo ff. de vir. nuptiar. & postea l. si quis officium in primo ff. de vir. nuptiar.

De his, quæ fiunt à Prælati sine consensu Capituli.

Cap. Cum Apostolica.

S V M M A R I V M.

- 1 Decimarum donatio, quas laicus ante Concilium Lateranense habuit in feudum, facta per eum Ecclesie de solis Diocessani consensu valida est.
- 2 Lateranense Concilium sub Alexandro III. qua tempore fuerit celebratum.
- 3 Laici etiam hodie licite possunt decimas possidere, quas ab Ecclesia obtinuerunt ante Concilium Lateranense.
- 4 Decimarum infesdatio in laicum quo tempore primis fuerit prohibita.
- 5 Laicus in perceptione decimarum non potest se tueri immemorabili prescriptione, sed necessarius est titulus, & n. seqq.
- 6 Immemorabilem habens potest allegare meliorem titulum de mundo.
- 7 Fallit in laico quoad spiritualia propter eius incapacitatem.
- 8 Immemorabilis sola non suffragatur laico in perceptione decimarum.
- 9 Nisi laicus possideret decimas tamquam vassallus, & ut tamen fuisset agnitus ab Ecclesia, n. 11.
- 10 Vel nisi una cum immemorabili concurrat fama privilegii, n. 12.
- 11 Et quid post Bullam Urbani VIII. n. 13.
- 12 Immemorabilis est infinita, & capit omne tempus.
- 13 Laici nec ante, nec post Concilium Lateranense fuerunt decimarum capaces.

**CUM APOSTOLICA.** Tenet donatio, quam de solis Diocessani consensu facit laicus Ecclesie de decimis, quas ab Ecclesia habuit in feudum ab antiquo. Hoc dicit, secundum omnes. Dividitur ut hic per Joan. Andr. & DD. & intelligit hunc textum secundum Abb. n. 11. de decimis in feudum concessis laico ante Conc. Lateranense sub Alexand. III. c. 9. relato in c. cum & plantare, infra de privileg. & in 1. compilat. Decretal. cap. 3. eod. tit. Quod fuit celebratum Romæ in Basilica Lateran. Anno Domini 1179. secundum Jo. Andr. hic n. 9. cum quo Abbas n. 11. in fin. & alii transeunt, & quamvis alii aliter ten-

tiant; tamen hæc est ipsa veritas, ut patet ex bulla indictionis Concilii, quæ habetur tom. 3. Concilior. par. 2. pag. 553. & in Bullar. tom. 1. pag. 29. Quæ est nona, & ultimus inter Constitutiones Alexandri III. ubi patet hoc Concilium fuisse indictum ab Alexandro 11. Calendis Octobris Anno 1178. Illius Pontificatus 19. pro prima Dominica advenientis Quadragesimæ. Olim namque ut Ecclesia auxilium haberet à Christianis, dispensative concessit, ut laicis possent decimas infesdari, sed postea hoc fuit revocatum, & decretum, ut deinceps non concederentur: prius tamen concessas penes vassallos remanserunt. Unde etiam hodie laici licite possunt decimas, quas ab Ecclesia obtinuerunt ante Lateranense Concilium, ut hic patet, & apertius in c. Statuto, §. Sane, de decimis, lib. 6. & ibi omnes, maxime Anchar. in 1. notab. Et quamvis aliqui opinentur hanc prohibitionem infesdatiois, seu translationis decimarum in laicos, factam fuisse in Concilio Turonensi ab Urbano II. ut in cap. Decimas, §. quarto, l. 6. quæst. 7. & in uobis feudor. in tit. Episcopum, vel Abbatem, c. 1. Alia est §. Item si Episcopus, vel Abbas in quibus modo feudum amittatur. Et in hac opinione fuerit Holt. hic n. 9. in ver. Concessit; tamen Archid. in cap. Statuto, §. Illas autem, in princ. de decim. lib. 6. verius putat istam prohibitionem primo factam fuisse non in Concilio Turonensi congregato anno Dom. 1096. Sed per Alex. Papam III. in Concilio Romæ habito in Basilica Lateran. anno 1179. quia iura loquencia de ista materia non loquuntur de Turonensi, sed de Lateranensi. prout etiam notat glossa 1. in cap. Causam que, supra de prescrip. & patet ex supra scriptione illius Decretalis, Cum & plantare, de privileg. Nec refragatur decretum illud Urbani; quia de decimis nullam facit mentionem, sed generaliter prohibet res ecclesiasticas in feudum concedi, ut observat Henric. Boich. in c. Quamvis, n. 3. infra eod. ubi etiam plene videas, an, & quibus casibus laicus possit decimas sibi concessas licite retinere.

Sed hic insurgit dubium puleherrimum, & usu forensi frequentissimum, videlicet, Quid dicendum si probari non possit decimas fuisse concessas in feudum laico ante Concilium Lateranense. forte, quia probationes perierunt ob temporis longinquitatem, sed tamen laicus possidet decimas per tantum tempus, ut illius contrarii non extet memoria: nunquid possit se tueri immemorabili prescriptione, ita ut Ecclesia non possit has decimas sibi vindicare?

Revertitur concludendum pro Ecclesia, quia de jure communi Parochialis fundat intentionem in perceptione decimarum prædialium ex fructibus, qui colliguntur infra limites Parochiæ suæ, c. Cum contingat. Et ibi glossa 2. Holt. n. 1. Burr. in 1. notab. & ceteri omnes, & c. Cum in tua, infra de decimis. Ergo nisi ex parte laici probetur titulus, Ecclesia debet obtinere, cap. 1. de prescrip. lib. 6. c. Ad decimas, de res. spoliator. eod. lib. & c. Cuius Ecclesia, supra de res. spoliator. eod. lib. & c. Cuius Ecclesia, supra de caus. possess. & propriis. Nec obstat prescriptio, quia laicus non potest decimas possidere; ac proinde nec prescribere, ut in c. Causam, de prescrip. Et quamvis immemorabilis regulariter habeat vim tituli, l. hoc iure, §. Ductum aquæ, ff. de aqua quot. & est. ita ut habens pro se immemorabilem possit allegare meliorem titulum de mundo, ad glossam finalem in c. In aliquibus, vers. Quia

De his quæ fiunt à Prælati,

Cap. Pastoralis.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochiales Ecclesie, vel obventiones ipsarum Episcopus etiam de consensu parochi sine consensu Capituli sui monasterio conferre non potest.
- 2 Parochias singulas an primus distinxerit Dionysius Papa.
- 3 Parochi non sunt in totum Domini fructuum, & oblationum, sed dispensatores, & n. 30. & 31.
- 4 Dispensare an possit Episcopus contra Concilium generale de sui Capituli consensu.
- 5 Pensionem an possit Episcopus imponere cum consensu Capituli super fructibus beneficiorum sua diocesis.
- 6 Quinquagesima, vel centesima reddituum Ecclesiasticorum an, & quando ab Episcopo assignari possit monasterio, vel priori.
- 7 Et an ex fructibus mensis Episcopi tantum, an vero etiam ex fructibus Ecclesiarum sibi subdantur. Et an requiratur consensus Capituli, n. 9.
- 8 Exceptio debet esse de regula, atque sit incepta, & imperpetuum, & n. seqq.
- 9 Ecclesiam sacralarem non potest Episcopus in regalem erigere, nec monasterium de novo construere sine consensu Capituli.
- 10 Alienationes rerum Ecclesie, quæ sunt ex necessitate juris, non requirunt solemnitatem. Secus si fiant voluntarie, licet ex causa utilitatis, vel necessitate Ecclesie.
- 11 Fratres Minores possunt vendere bona immobilia sub modo licito sibi legata sine ulla solemnitate.
- 12 Parochialis Ecclesia fundat intentionem de jure communi super omnibus redditibus spiritualibus infra limites Parochiæ suæ, & n. 16.
- 13 Oblationes factæ in agniis alienis Sancti de ipsa in pariete extra Parochialem, sed infra limites Parochiæ, cui debentur, & n. seqq. usq. in fin.
- 14 Imagines Sanctorum sunt res religiosas, quarum usufructum privatus habere non potest.
- 15 Oblationes factæ ab his locorum infra limites Parochiæ debentur Parocho.
- 16 Ampliatur sex modis à n. 19. usq. ad n. 29. & declarantur quinque ad n. 29. usque in finem.
- 17 Proventuum spiritualium appellatione veniunt decima, primitivæ, oblationes, mortuaria, fructus, & redditus ex Parochia provenientes.
- 18 Obventionum verbum est vel de latum, & comprehendit decimas, & alios redditus spirituales, quæcumque sint qualitatis.
- 19 Consuetudo ut oblationes factæ in agniis alienis Sancti debeantur laico domino muni, ubi depicta est illa imago, non valet.
- 20 Etiam respectu administrationis, n. 20.
- 21 Fallit, num. 21. & 22.
- 22 Oblationes res spirituales sunt, quarum laicus non est capax, & n. 23. & 29.
- 23 Laicus potest esse collector oblationum, & fructuum decimarum non jure proprio, sed ex deputazione Parochi, & tamquam nudus minister.
- 24 Confraternitates laicorum ex consuetudine possunt recipere oblationes, dummodo nil sibi applicant, sed in pius usus totum convertant.

Laico

clericis, vel Ecclesie, de decimis, & dixit Rota decis. 642. n. 4. par. 4. divers. & in Recent. decis. 150. n. 4. par. 5. & sæpe alias. Tamen hoc limitatur ut non procedat quoad laicos, quia detentio immemorabilis tunc non habet vim tituli propter illorum incapacitatem, glossa 1. in cap. Illud, §. 2. de iust. & egregie probant Joann. Monachus, & Jo. Andr. in c. 2. n. 6. de Prob. lib. 6. Card. cons. 57. n. 3. Abb. hic n. 13. vers. Nota tamen bene. & in cap. Quanto, n. 2. de consuet. Felin. in c. Cum contingat, n. 4. vers. Secundo fallit, de foro comper. Balbus in prescrip. in 1. par. 5. partu principalis, in 7. q. n. 53. Paris. in c. Cum nobis n. 6. de prescrip.

Et ita solam immemorabilem prescriptionem laico non suffragari in perceptione decimarum firmant hic Holt. n. 10. Abb. n. 13. vers. Nota tamen bene, & alii communiter, Jo. Monach. & Archid. in c. 2. de decim. lib. 6. Feder. de Sen. cons. 234 Super primo, n. 3. vers. Item potest poni exemplum in laico. Et pluribus alii relatis, articuloque accurate discussio resolvit Rota in Toletana iuris decimandi, quæ est decis. 215. p. 2. divers. ubi clarè ostendit hanc esse magis receptam opinionem, pro qua etiam plurimos cumulat Anton. Gabriel. in tit. de prescrip. concil. 1. n. 16.

Nec obstat si dicatur: Laici ante Concilium Lateranense erant capaces decimarum, ut hic, & in d. cap. Cum & plantare, & immemorabilis percurrit etiam tempus ante hoc Concilium, cum sit infinita, & capit omne tempus, ut dixit Rota in Placentina decimarum 29. Maii, 1587. coram Bualo, & in Comen. decimarum 10. Aprilis 1596. coram Orano. Nam respondetur imò laicos nunquam fuisse capaces juris decimandi ante, nec post Concilium, ut bene explicat Rebuff. in tract. de decimis, quest. 13. n. 79. Guidopapa decis. 61. Rota decis. 193. n. 19. p. 7. recent.

Conclusionem superius firmatam declarat notabiliter Jo. Andr. hic n. 9. vers. Sicut videtur contrarium tenendum, ut loci non habeat si laicus ab immemorabili tempore possideret decimas tanquam vassallus, & ut talis fuisset agnitus ab Ecclesia.

Vel nisi una cum immemorabili concurreret fama, seu communis opinio privilegii, Et cum hac declaratione transeunt hic plerique ex Doctoribus, ut Abbas testatur n. 12. vers. Et cum hac opinione, subdens illam esse satis æquam, quia alias ob defectum probationis sæpe laicus privaretur jure suo de communi Rebuff. de decimis, q. 13. n. 76. alios refert Anton. Gabriel. de prescrip. d. concil. 1. n. 18. Et ita laicum posse decimas prædiales percipere, si vel exhibeat titulum privilegii Apostolici, vel probet immemorabilem usam cum ipsius privilegii fama, multoties firmavit Rota, ut in d. decis. 255. n. 2. & 7. par. 2. divers. & in Recent. decis. 298. n. 2. p. 3. & decis. 545. n. 1. p. 4. & decis. 22. n. 14. & dec. 56. n. 1. p. 7.

Tu verò dicas hanc limitationem non procedere, quia ex Bulla san. mem. Urbani VIII. Incip. Romanus Pontifex, edita 5. Junii 1641. cassantur quæcumque præjudicialia Sedi Apostolicæ, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiæ, Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, eorumque bonis, ac juribus, etiam si cum immemorabili concurrat fama privilegii Apostolici, ut scripti latissime in c. Consecrationes, supra de consuet. prescrip. n. 55. n. 57. 72. & 74.

- 23. Laco domo muri, ubi sacra imago depicta est, non potest Episcopus concedere ut oblationes disperdet ad libitum suum.
- 24. Oblationes facta sacra imago existent in capella, seu oratorio infra limites parochie debentur parochiano, non autem capellano ibi instituto.
- 25. Idem si sunt ad altare in capella alicujus Ecclesie.
- 26. Oblationes, que sunt sacra imago existent in cathedrali, non quarantur Episcopo, sed Archiepiscopo curam animarum ibi exercenti.
- 27. Oblationes facta presbytero celebranti sunt Reitorie Ecclesie, non autem presbyteri.
- 28. Nisi sit Episcopus, qui Missam celebrat etiam in Parochiali.
- 29. Oblationes cedunt parochio in dubio tantum, Secus si appareat facta alterius contemplatione, vel in alium usum sint destinatae ex pia intentione offerentium.
- 30. Oblationum administratio spectat ad parochum non ut sibi applicet, sed ut aspenset in usus ab offerentibus prescriptos.
- 31. Oblationes an, & quomodo a parochio sint dividenda.
- 32. Oblationes quarantur Episcopo loco, ubi depicta est religiosa imago, non sit intra fines alicujus parochie.
- 33. Canonica portio an de oblationibus Episcopo debeatur.
- 34. Oblationes, que sunt in Ecclesiis Regularium, quarantur monasterio pro Monachis ibi servientibus.
- 35. Manasteria exempta, quantum sint in parochia, vel in Diocesi, tamen non sunt de parochia, nec de diocesi.
- 36. Consecrando ut oblationes non debeantur parochialis, sed alteri Ecclesie vel persone Ecclesiastica, valida est.
- 37. Oblationes facta novis Sacerdotibus dum celebrant primas Missas quarantur ipsi, & non parochio.
- 38. Mens offerentium recipit interpretationem a consuetudine.
- 39. Sacerdotes novi non prohibentur primas Missas decantare, & in illis post offerentium in medio altaris ad populum se convertere, & oblationes accipere a sponte dantibus, sed per ambulationes per Ecclesiam, & exortiones prohibentur.
- 40. Parochi a diebus festis passim post offerentium in medio altaris vertere se ad populum, & invitando ad oblationes manipulum, vel aliud offerentibus praeberere deosculandum, sed alius Sacerdotibus hoc non licet.
- 41. Parochi stante consuetudine possunt recedere ab altari post offerentium, & ad insimul locum Ecclesie accedere ad recipiendum mulierum oblationes.
- 42. Oblationes an possint laicis locari, aut vendi, & num. seq.
- 43. Laici non licet de altari immediate oblationes accipere.

**P**ASTORALIS. Episcopus parochiales Ecclesias, vel obventiones ipsarum etiam de consensu patroni sine consensu Capituli sui monasterio conferre non potest. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima ponitur duplex quæstio. In secunda communis responsio, ibi ad quod.

2. Nota primò ibi, *Auctoritate*, parochias singulas fuisse à Dionysio Pontifice distinctas, ac limitatas. Quod silius patet ex illius epistola secunda Severo Episcopo, quæ refertur in c. *Ecclesiis*, 13.

q. 1. & habetur integra *romo primo Conciliorum*, par. 1, pag. 159. col. 2. & ex hac littera deceptus Abbas hic in primo notat. putavit Parochias antea non fuisse divisas, quia Sacerdotes simul regerant populum: Idemque fuisse in Episcopatibus in primitiva Ecclesia. Sed utrumque est falsum. Constat enim hanc Parochiarum distinctionem non primò à Dionysio, sed ab Evaristo factam fuisse. Verum cum in persecutione Valeriani publico edicto Christiani ab Ecclesiis arcerentur, eorumque conventus in cœmeteriis prohiberentur; Ecclesiarum, Parochiarum, & cœmeteriorum confusio facta est; sed Valeriano vita functo, & restituta per Gallienum pace Ecclesiis, & libera facultate ad eundem cœmeteria, Dionysius Ecclesias Reitoribus propter martyrium, vel exilium spoliatis singulis Presbyteris dedit, & Reitorumque parochias, & cœmeteria divisit. Lege Cardinalium Baronium ad annum 270. nu. 17. & notas ad Concilium sub Dionysio Papa *romo primo Conciliorum*, par. 1. eadem pag. 159. Terminum verò Episcopatum ante tempora Apostolorum ut generalitate fuerunt distincti, ut c. 1. 80. diff. & notat gloss. 1. in d. c. *Ecclesiis*, 13. q. 1. & scripti plenus in c. *Nullus*, infra de Paroch. Nec verum est in primitiva Ecclesia non fuisse Episcopos, sed solos Presbyteros rexisse populum, ut dixi in c. *Quanto*, supra de consuet. ubi hunc errorem latissime confutavi à n. 6. usque ad n. 20.

Secundò nota ibi, *necessarios*, Ecclesiarum Reitores non esse in totum dominos fructuum, & oblationum, sed dispensatores, cum ad hoc illarum redditus ab initio fuerint deputati, ut in usus Ecclesiarum cederent necessarios, & stipendia ministrorum, ut hic dicitur. Quod facit contra eos, qui omnia sibi applicant; ut notatur in c. *Ratio*, & c. *Cum secundum*, supra de Præben. & per D. Thomam in 2. 2. quæst. 86. art. 2. in corpore, & vide quod dicam infra num. 30. & 31. Item facit contra eos, qui dant hiltionibus, vel alias prodigè expendant, c. *Donare*, 86. diff. secundum Host. hic num. 1. 2. & 4. Joan. Andr. num. 2. in ver. *Necessarios*, Butr. num. 3. Card. num. 2. & Imol. num. 1. De hac materia vide quæ scripti in cap. *Si quis sanè*, infra de pecul. Clericorum. Tertio nota ibi, *Lateranense Concilium statuta*, Episcopum de sui Capituli consensu posse dispensare contra statutum Concilii Generalis, ut clarè videtur probare iste textus ad hoc non ponderatus à Doctoribus. Nam Concilium Lateranense sub Alexandro III. interdixit novam pensionem Ecclesiis imponi, vel veterem augeri, ut hic refertur, & habetur in cap. *Prohibemus*, infra de Censib. & tamen hic Pontifex videtur determinare à contrario sensu Episcopum piis locis pensionem constituere super fructibus Parochialium Ecclesiarum absque beneplacito Apostolico, dummodo id non faciat præter sui Capituli voluntatem. Verum hoc non admittit, ut latissime probavi in c. *Nullus*, supra de filiis Presbyter. & ad hunc textum respondeo Papam hic non decidere affirmativè ut Episcopus hoc possit cum consensu Capituli; sed negativè, videlicet ut non possit præter Capituli voluntatem. Hinc autem non licet arguere à contrario: ergo cum voluntate Capituli potest; quia argumentum à contrario sensu non redè sumitur, ubi illius argumenti contrarium reperitur in jure expressum, sicut reperitur hoc casu in d. c. *Prohibemus*. Ita declarat

clarat Joan. Andr. in c. *Publicato*, num. 18. supra de elect. & ex hoc videtur factis dubia opinio Abbas hic n. 6. Quæ ex hoc textu colligit Episcopum cum consensu Capituli sui posse imponere pensionem Ecclesie abundantem in favorem monasterii ad sustentandam vitam Religiosorum; atque ita non solum Papam, sed etiam Episcopum posse Ecclesie pensionem imponere, dummodo detracta pensione superint reditus competentes ad sustentationem Reitoris; alias enim non debet unum altare dis cooperiri ut aliud cooperiatur, c. *Cum causam*, supra de Præben. & ad hoc multum extollit istum textum. Sed ut prædixi hoc non videtur verum, quia oblat generalis Concilium, contra quod Episcopum dispensare non potest ut est textus in Extravag. Jo. XXII. *Sancta Romana*, §. *Quidam autem*, etiam ex magna causa, ut scripti in dicta Decretali, *Nimis*, de fil. Presbyter. à n. 1. usq. in finem, & hoc intellige si pensio sit perpetua, ut per Gigan. de pensio. q. 6. n. 4. vers. *Supradictam conclusionem*. Sed an Episcopus possit pensionem imponere super fructibus beneficiorum suæ Diocesis ad vitam pensionarii, & ex qua causa, annuè hæc facultas ex Decretis Apostolicis, aut ex non usu illis adempta fuerit vide per Nicolaum Garziam in *tractat. de benef. par. 1. c. 5. an. 295*. Ego de hac materia scripti latissime in c. *Nisi essent*, à n. 14. usq. in finem, supra de Præben. ibi plene videas.

Quartò nota ibi, *Religiosis*, Episcopum posse concedere monasterio parochialem Ecclesiam cum consensu Capituli. Hodie dic contra, ut in Decreto Concilii Trident. cap. 13. vers. *In unionibus verò*, §. 24.

Quintò nota ibi, *quingagesima portione*, liceat Episcopo quingagesimam partem reddituum Ecclesie piis locis assignare. Et quidem si monasterium de novo fundatur, assignare poterit quingagesimam; si vero Ecclesiam jam constructam voluerit in regularem erigere, seu monasticis regulis informare, aut ibi suas magnificare sepulchras; non amplius licebit ei conferre, quam centesimam, ut in Decreto Concilii Tolætan. 1x. quod refertur in cap. *Bona rei*, 12. q. 2. & declarat in c. *Apostolica*, infra de donat. secundum Abb. Antiqu. hic num. 1. in ver. *Locus pius*, Host. num. 4. in ver. *Quingagesima*, Joan. Andr. eod. num. & ver. Butr. n. 8. Cardin. 5. notab. & Imol. num. 4. vers. *Et nota*.

Sed circa hoc duplex occurrit difficultas. Prima est an Episcopus conferre possit hanc quingagesimam, vel centesimam, non modò ex bonis ad episcopalem mensuram, vel Cathedrali Ecclesiam pertinentibus, prout loquuntur jura præallegata; verum etiam ex redditibus inferiorum Ecclesiarum sibi subiectarum. Petrus de Sampsonè opinatus est hanc portionem conferri posse ab Episcopo etiam ex fructibus Parochialium Ecclesiarum, & sic cap. *Bona rei*, fuisse ampliatum à Cathedralibus ad alias Ecclesias inferiores per hanc Decretalem, nam Pontifex hic proponit quæstionem de redditibus Parochialium Ecclesiarum; & deinde excipit quingagesimam. Ergo ut congrua sit exceptio, necessariò intelligi debet de redditibus earundem Ecclesiarum, alioquin non esset de regula, & esset impertinens, 1. *Nam quod liquide*, §. *in fin. de penit. leg. Idem censuit*, Goffred. hic, & in summa eod. tit. §. *fin.* & sequitur Abb. Antiqu. num. 2. dicens ita consu-

luisse eundem Petrum Magistrum fructuosius in quæst. Avenioni suborta inter Fratres Sacerdotum, & parochiales Ecclesias. Verum innocenti n. 1. in fine, asserit Episcopum conferre posse hanc quingagesimam de redditibus Ecclesie Cathedralis dumtaxat, non autem de redditibus Ecclesiarum sibi subiectarum; & cum eo transeunt Host. n. 5. vers. *Dicunt tamen aliqui*, Butr. num. 7. & 8. vers. *Dicunt quidam*, & Abb. Sicul. n. 6. eandem opinionem probat Joan. Calderin. & tutior em dicit, Imola n. 6. & verior em Cardin. n. 4. in fine, quia hoc cap. in illis verbis, *Salva Constitutione canonica de quingagesima*, &c. Refert se ad d. c. *Bona rei*, qui de Cathedralibus loquitur; & ideo dicit, *Salva*, ne quis crederet illum Canonem fuisse correctum. Præterea illa Decretalis, *Apostolica*, est Innocentii III. qui etiam fuit author hujus c. Quòd si intelligeretur de proventibus parochialium, Pontifex videretur sibi contrarius; contra id quod legitur supra in proemio. Adde quod iste textus simpliciter præterat Constitutionem Canonice de quingagesima per illa verba, *Salva*, &c. De natura autem præservationis est, ut nihil addat de novo, sed tantummodo rem conferret in eo statu, in quo prius reperiebatur, c. *Qua intentionis*, & cap. *Ex parte*, 2. infra de privileg. gloss. 1. & Doctores in cap. *Cum dilecti*, supra de confirm. util. & inatit. Tene igitur cum Innocentio Episcopus non posse hanc portionem conferre locis piis nisi ex fructibus mensuræ episcopalis.

Secunda difficultas est, an Episcopus conferre possit hanc quingagesimam, vel centesimam sine consensu Capituli. Hugo, & Tancredus tenent etiam hoc casu requiri Capituli consensum, quia licet Episcopo permittatur alienatio ex causa utilitatis, vel necessitatis, tamen consensum Capituli est adhibendus, c. *Sine exceptione*, 12. q. 2. Contrarium tenet Joannes in d. c. *Bona*, in gloss. 1. & Bernard. hic in glossa penult. quorum opinio videtur probari in hac Decretali; nam exceptio debet esse de regula, ut tergi supra n. 8. & notatur in rubr. de regal. jur. lib. 6. Ergo cum Pontifex faciat primò regulam ut Episcopus non possit portionem reddituum dare sine consensu Capituli, & deinde excipiat hanc quingagesimam; hinc manifestè apparet hanc dari posse sine Capituli consensu. Quod verum intelligi glossa penultima non obitante Episcopi juramento de rebus ecclesie non alienandis, ut in c. *Iua*, infra de Eccles. adifican. & in cap. *Intellecta*, de jurerej. nemo enim potest Episcopum acculare, quòd templum Dei ædificet, c. *Aurum*, 12. q. 2.

In hac contrarietate Host. hic n. 5. putavit sic distinguendum; Aut Episcopus vult quingagesimam dare de redditibus propriis, vel communibus cum Capitulo; & potest sine Capituli consensu, ut innuitur in d. cap. *Apostolica*, §. 1. vers. *Vnde cum grave*, de donat. licet non sine consilio ut c. *Novit*, & c. *Quanto*, supra eod. sequitur Collectar. hic in prime. Aut vult quingagesimam dare de redditibus Capituli separatis, & tunc requiritur consensu ipsius Capituli, arg. l. *Merito*, pro soc. Sed aliter distinxerunt Petr. de Sampsonè, & Abb. Antiqu. hic n. 3. Dixerunt enim Episcopum non posse Ecclesiam sacularem monasticis regulis informare, id est, in monachalem erigere, aut monasterium de novo construere, per c. *Si Episcopus*, 12. q. 2. sed jam informatæ, vel constructæ bene posse



posse sine consensu Canonico dare quinque-  
genariam, vel centesimam, quia ad dotandum est  
obligatus, ex quo Ecclesiam constituit, ut c. *Cum  
sit, de consec. eccl. vel alt. ar.* & ita ad concordiam  
reducit, possunt difficultes opiniones, & hoc pla-  
cet Jo. Andr. in fine, Cardin. in 2. q. 1. Imol. non. 4.  
in glossa pen. l. & communiter Doctoribus sequen-  
tibus, ut testatur Abbas Siculus n. 4. vers. Petrus, &  
11 Abbas. Racio hujus distinctionis est, quia in primo  
casu alienatio licet fiat ex causa utilitatis, vel ne-  
cessitatis, tamen est voluntaria, cum non sit orta  
aliqua obligatio ad dotandum. At in secundo ca-  
su est necessaria, quia jus precipit illam fieri, &  
ideo non est opus servare aliam solemnitatem.  
Ex quo notabiliter dicitur Abbas n. 5. ut in ali-  
enationibus rerum Ecclesiarum, quae sunt ex neces-  
sitate juris, non sit servanda solemnitas. Secus si  
fiant voluntarie, licet suble causa necessitatis,  
vel utilitatis: nam hic textus loquitur de aliena-  
tione, quae fit propter necessitatem Religioso-  
rum; sed tamen quia est voluntaria, id est quia jus  
non mandat eam fieri, propterea requiritur Capitu-  
li consensus. Eandem theoreticam posuit hic  
Anton. de Butr. n. 1. vers. Or. attendata, dicens,  
(Sic regula in ista materia quod omnes alienatio-  
nes, quae sunt necessariae ex necessitate juris, po-  
tunt facere Episcopus sine consensu Capituli,  
non obstante juramento de non alienando, dum  
tamen non tangat bona Capituli. Omnes autem  
alienationes voluntarias, licet propter necessita-  
tem facere non possit sine Capituli consensu:  
nam multum intererit alienationem, quam  
jus vult fieri, quia haec dicitur necessaria, & ali-  
enationem, quam jus non precipit fieri, sed pro-  
pter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiae fieri  
expedit.) Haec Butrus, qui ita conciliat dicta  
glossarum, & intelligit notata per Doctores in c.  
Tua, infra de Eccl. adifican. & pro hac distinctione  
facit textus in l. Obis, ff. de praed. Minor. sequitur  
12 Imola, n. 7. vers. Concludat. Sed & Curia hanc theo-  
reticam servat. Ideo quae a S. Congregatione Con-  
cilii responsum est valere legatum immobilium  
factum Fratris Minoribus sub modo licito,  
nempe ut vendant, & pretium convertant in usum  
fabricae, vel Sacrariae: & idem si factum fuit  
simpliciter, quia sub modo licito factum intelli-  
gitur, ut c. Exiit qui seminat, 3. Ad hoc, quia fratribus,  
de verb. signif. lib. 6. nec in hujusmodi alienatione  
esse opus solemnitate; quia fit ex regulae praec-  
scriptae, & extrava. Ambrosio, de rebus Eccl. non  
alienan. habet exceptionem in ventre ibi, praeter-  
quam in casibus a jure permissis.

13 Ultimo nota ibi, singularium parochiarum con-  
ventus. Parochialem Ecclesiam habere intentionem  
fundatam de jure communi super omnibus  
restitutis spiritualibus infra limites parochiae  
suae, prout ex hac littera colligunt Hoff. n. 3. Jo.  
Andr. n. 1. in ver. Quatenus Butr. n. 2. Cardin. n. 1.  
Anchar. Imol. & Abb. omnes in 2. notab. & idem  
Abb. in c. Dilectus, n. 4. vers. Secus autem est in Eccl. a-  
sacriarii supra de offic. ordin. concordant c. De do-  
minicis, infra de paroch. cap. Quoniam, c. Cum in tua,  
& c. Dudum, de decim. & latius dicam infra n. 16.

14 Ex hoc infero ad questionem an oblationes factae  
in imaginibus Sancti depictae in pariete extra  
parochialem, sed infra limites parochiae debeant  
ipsi parochiali, nec ne.

Haec est questio quotidiana, & facta dubia pro-

pter varietatem opinionum: nam quidam arbi-  
trati sunt ejusmodi oblationes quoad distribu-  
tionem ad Episcopum pertinere, qui debet eas  
erogare in sustentationem pauperum; sed quoad  
proprietaem acquirit Deo, vel Sancto, qui per il-  
lam imaginem representatur; & in hac opinio-  
ne fuit Angel. de Perus. in sua dissertatione, quae in-  
cipit: In resurgens deliciarum palatio, in secundo  
dubio, & in l. Statuae, ff. de usufruct. ubi plene dis-  
putat hunc articulum, & in aliis locis citatis a  
Felin. in c. Dilectus, in princ. supra de offic. ordin. &  
ubique allegat gloss. in d. l. Statuae, quae sentit do-  
nata Vultui Sancto Luciano esse ipsius Vultus, Sed  
illum reprobat Abb. in d. c. Dilectus, n. 4. vers. 8. de  
tamen alio; & merito quia obstat hoc cap. & al-  
ia jura, quae probant parochialem Ecclesiam fundare  
intentionem super omnibus proventibus  
15 spiritualibus infra suos limites. Quidam vero,  
quos tacito nomine recenset Ferret. conf. 278.  
Licet super hoc articulo, n. 1. putant has oblationes  
deberi dominio parietis ubi illa figura, seu imago  
depicta est. Verum communiter tenent omnes  
Doctores oblationes hujusmodi ad dominum muri,  
seu parietis nullatenus pertinere, ut testatur  
Marian. Socin. in tract. oblation. libello 18. n. 4. vers.  
Et istam opinionem. Idque certum esse affirmat Abb.  
in c. Quoniam, n. 1. vers. Illud autem certum est, infra  
de decim. quia privata persona non potest habere  
oblationes, vel usumfructum alicujus rei religio-  
sae, quales sunt picturae, vel imagines Sanctorum,  
secundum glossam, quam dicit singularem in d.  
l. Statuae, & idem reperit in d. c. Dilectus, n. 4. de offic.  
ordin. in maxime si sit persona secularis: & merito,  
quia oblationes sunt res spirituales, quarum lat-  
cinon sunt capaces, c. Sanctorum, 10. q. 1. Decian.  
conf. 16. n. 1. lib. 2. & latius dicam infra num. 20.  
& 21.

Alii consulerunt pro Ecclesia Cathedrali,  
praesertim si constructa sit sub titulo imaginis, cui  
sunt oblationes, & hoc casu putant oblationes  
esse dividendas pro medietate inter Cathedra-  
lem, & Episcopum, juxta textum in c. Requisti, de  
testamen. ubi videtur casus, & ita pro Cathedrali  
Senens. super oblationibus factis imagi B. Mariae  
Virginis apud Cassatum de Magalottis con-  
sultuit Petrus per Perulio, ut refert Marian. Socin.  
de oblat. in praed. libello 18. n. 7. circa fin. qui tamen  
dicit hanc opinionem sibi non placere per ea,  
quae inferius deducit pro Ecclesia parochiali.

Alii vero consulerunt has oblationes deberi  
Episcopo; & ita Abb. in rubr. infra, de paroch. tollat-  
tur se vidisse Jo. Andr. in addit. ad Specul. allegan-  
tem pro Episcopo, & pro hac opinione videtur  
textus in c. Praeter, sine ibi, (Oblationes vivo-  
rum, & mortuorum Ecclesiae Dei redduntur a lai-  
cis, & in dispositione Episcoporum sint.) 32. dist.  
Sed hanc opinionem refellit Marian. Socin. dicto  
libello 18. n. 8. & contra Episcopum videtur tex-  
tus in c. Debu, 10. q. 1.

Alii demum scripserunt pro Presbytero paro-  
chiali, & quidem frequentius calculo, ut inferius  
patet. Nec desunt qui opinionem medias, &  
distinguentes se quatuor sint, ut Petrus de Perulio,  
qui hanc questionem luculenter, & Felino teste  
melius omnibus disputavit in suo tractatu de Cano-  
nica Episcopali, cap. 4. in 16. quest. principali, de quo  
latius infra n. 29. Ex quibus vides, quanta sit in  
hoc articulo opinionum dissonantia, quae tamen  
facile

facile ad concordiam reduci possunt, si confide-  
rentur casus, & circumstantiae, in quibus Doctores  
loquuti sunt. Unde pro conciliatione videtur  
mihi statuenda conclusio cum aliquibus ampli-  
ationibus; & declarationibus, ex quibus clare ni-  
fallor rei veritas apparebit.

16 Haec igitur sit conclusio. Oblationes factae im-  
magini Beatae Virginis, vel alterius Sancti  
depictae, vel affixae in pariete, seu muro alicujus  
privati debentur Ecclesiae parochiali, in cujus li-  
mitibus est illa imago. Probatur haec conclusio  
efficaciter in hac Decretali: nam Dionysius Pon-  
tifex, ut hic dicitur, limitavit parochias ad hoc ut  
singularum Ecclesiarum proventus, seu obven-  
tiones in usus Ecclesiae cederent necessarios, &  
stipendia ministrorum. Atque ita ut dixi supra  
in ultimo notabili parochialis Ecclesiae fundat  
intentionem de jure communem in perceptione  
17 proventuum omnium spiritualium, quae obven-  
iunt infra limites parochiae suae, quales sunt deci-  
mae, primitiae, oblationes, mortuaria, fructus, &  
reditus ex Parochia provenientes, ut cap. Cum in-  
ter vos, infra de verb. signif. Innoc. hic ante medium,  
vers. Nos dicimus, Holt. num. 3. in ver. Proventus, &  
Joan. Andr. num. 1. vers. Tu dicit quia sunt arbitrario,  
& ita in terminis propositae quaestiois hunc tex-  
tum ponderat Butr. num. 3. dicens se de hoc scri-  
psisse in quadam Clem. licet non recorder ubi  
Imola, & Abb. ambo in secundo notab. & Joan. de  
Anan. in 1. notab. Ad idem est textus in cap. Quo-  
nam, infra, de decim. ubi patet reductus spirituales  
noviter provenientes infra limites alicujus paro-  
chiae pertinere ad parochialem Ecclesiam: ergo  
idem dicendum de oblationibus factis imagini  
intra parochiam existenti: nam de novalibus,  
quae nondum fuerant ad cultum redacta paro-  
chialis Ecclesiae prius nihil perceperat: & ni-  
hilominus quia emergerunt in suis limitibus, de-  
bentur eidem Ecclesiae: & ita illum textum ad  
hoc inducit, Abb. ibi in 1. notab. vers. Et optime facit  
textus iste, & videtur quasi expressum in cap. Ad  
audientiam, si primo, infra, de Eccl. adifican. per lo-  
cum a specialibus, ibi, ejusdem ville obventiones Eccl. sa-  
cristias percipiuntur: nam verbum, obventiones, est  
18 multum generale, & comprehendit omnes redi-  
tus spirituales cujuscumque sint qualitates, ut ibi  
notat Abbas n. 15. per cap. Cum inter, de verborum  
significat. Ac demum idem probatur expressè in  
cap. Hanc consuetudinem, 10. q. 1. & in c. Ex trans-  
missa, de praescrip. Quamobrem has oblationes,  
quae sunt sacrae imagini infra limites parochiae  
non ad dominium parietis, nec ad Episcopum, sed  
ad parochialem Ecclesiam, seu illius Rectorem  
pertinere, praeter Butr. Imol. Abb. & Anan. supra  
citatos, tenuerunt Petrus de Ravenna singulari  
463. incip. Oblationes, Dec. conf. 148. incip. Re-  
verende pater, num. 2. & 3. Decian. conf. 16. lib. 2. ubi  
ex facto respondit pro Parocho contra Episcopum  
super oblationibus factis Iconi Sanctissimi  
Cruicifixi. Capella Tholof. decis. 483. & Marian.  
Socin. in tract. de oblat. libello 18. n. 9. ubi restatur  
hanc esse communem Doctorum conclusionem,  
quam etiam sapienter sequuti sunt Domini de Rota,  
ut in decis. 256. part. 1. & decis. 37. n. 2. part. 5. ve-  
nent. ubi haec sententia licet fuerit olim contro-  
versa; tamen hodie dicitur esse receptissima:  
quam etiam videtur amplexus D. Thomas in 2.  
2. quest. 86. art. 2. Praesertim in responsione ad 2. arg.  
Prosp. Fagn. in 3. Decretal. tom. 4.

eamque probavit S. Congregatio Cardinalium  
Concilii Tridentini interpretum in causa Caven.  
ut refertur in praed. decis. 37. n. 2.

19 Ampliatur primo conclusio superius firma-  
ta, ut vendicat sibi locum etiam si constituto habeat  
ut oblationes hujusmodi debeantur laico  
domino muri, in quo depicta est illa imago: talis  
enim consuetudo expressè daturur in c. Hanc  
consuetudinem, 10. quest. 1. & tenent Marian. So-  
cin. in tract. de oblat. libello 18. n. 4. Dec. conf. 148.  
num. 3. Decian. conf. 16. num. 1. lib. 2. Ferret.  
conf. 278. in princ. Quod procedit etiam respectu  
20 administrationis, quia cum oblationes res spiri-  
tuales sint, c. Quia Sacerdotes, 10. quest. 1. Laici  
non debent se de illis quoquo modo intrinse-  
re, & contraria consuetudo est prava, & contra  
libertatem Ecclesiasticam, ut plene consilium i-  
dem Ferret. conf. 143. n. 5. Consuetudo tamen  
salvati potest si ad hoc disputentur a Rectore  
parochialis Ecclesiae, ut nomine suo has oblatio-  
nes perciperent, & custodirent, ita, ut essent nudi  
ministri, non tamquam habentes aliquam auctori-  
tatem, vel praesentiam: potest enim merus  
laicus constitui principalis Collector fructuum  
decimarum, & oblationum, ut tenent Butr. &  
communiter Doctores in c. Decernimus, supra de  
judic. ut ibi per Abb. n. 11. & Dec. col. 13. n. 20.  
vers. Quare queritur, & in specie nostra declarat  
Ferret. conf. 143. n. 5. & plenius conf. 278. num. 2.  
& 3. ubi etiam refert Stephanum Auzerium alle-  
rentem ita variari de consuetudine in Gallia in  
tract. suo de potest. saecul. super person. Eccl. in 33.  
fallon. Idemque non obicit voluit Petrus de Pe-  
rubio in suo tractatu de Canonica Episcopali, cap. 4. in  
16. quest. principali in fine: nam, ut ipse ait, de con-  
suetudine quandoque proponuntur Clerici,  
quandoque laici ad percipiendas, & custodien-  
das hujusmodi oblationes, atque ita Petrus tenet  
consuetudinem valere, dummodo laici ad id  
deputentur ab habente auctoritatem, secus si ju-  
re proprio, quia eilet tractata jura Ecclesiae pro-  
pria auctoritate contra textum, & nota per om-  
nes scribentes in d. cap. Decernimus. Rursus potest  
22 salvari consuetudo recipiendi oblationes in con-  
fraternitatibus Laicorum, dummodo nil sibi ap-  
plicant, sed in pios usus reatum distribuunt. In  
quibus tenentis hanc consuetudinem approbant  
Decius d. conf. 148. n. 3. vers. Sed tamen in casu pro-  
posito, & Ferret. d. conf. 143. n. 6.

23 Ampliatur secundo supra dicta conclusio, ut  
nec possit Episcopus concedere facultatem laico  
domino parietis, ubi religiofa imago est depicta,  
ut oblationes illi factas dispense ad libitum  
suum, quia sunt juris spiritualis, cujus lai-  
ci sunt penitus incapaces, cap. Massana, & c.  
Sacrosancta, supra de elect. cap. Causam, de praes-  
cripti. & in his terminis notat Abbas in cap.  
Quamvis, in 2. notab. infra de decim. & Ferret.  
in praes. conf. 143. num. 3. vers. Ideo dicit nota-  
bitter.

24 Ampliatur tertio eadem conclusio ut locum  
habeat etiam in oblationibus factis imagini exi-  
stenti in aliqua capella, seu oratorio infra limites  
parochiae, non enim cedunt eidem capellae, seu  
Parochiali, ut tenent Abb. in num. 2. per illum tex-  
tum, & per locum a speciali in d. cap. Ad audien-  
tiam, si primo, infra de Eccl. adifican. Sed Dec. in  
praed. conf. 148. num. 2. quando non est imago depi-

depicta in muro sub dominio alicujus privati, sed in capella, vel oratorio, dicit omnes Doctores convenire, & communiter tenere, ut oblationes acquirantur ipsi capellæ per textum, in §. *Si quis autem unum*, in *Auct. de Eccles. tit. col. 9.* & per illum textum dicit hoc voluisse Angel. in *disp. supra allegat. num. 14.* & Petrum de Perusio loco citato, allegat etiam Abbat. in cap. *1. in ult. notab. infra de statu Monach.* Sed Abbas ibi non loquitur de oblationibus, quæ sunt capellis; sed de his, quæ sunt monasteriis, seu locis religiosis, quæ non quaruntur Parocho, vel Episcopo, sed ipsi monasterio in sustentationem Monachorum inibi ferventium, ut est textus ibi, & latius dicam infra in quarta declaratione, num. 34. Opinio Decii potest procedere si de mente offerentis appareat, vel de consuetudine; alioquin quiddam ipse dicat, communis opinio est in contrarium, ut testatur Marian. Socin. in *præc. libello 18. num. 5. vers. Sed his non obstantibus*, per textum in cap. *Ex transmissa, de præscrip.* & per ea, quæ dicta sunt supra de Parochiali, n. 16.

25 Ampliatur quartò memorata conclusio ut procedat etiam si oblationes fiant ad altare in capella alicujus Ecclesiæ. Nam nihilominus cedunt Parochiali, intra cuius limites Ecclesiæ illa sita est. Ita Gaspar. Calderin. *conf. 15. de Paroch.* per hanc Decretalem. Item per d. c. *Ad audientiam*, & per cap. *Cum inter vos*, de verborum signifi. & idem tenent Butr. & Ab. hic, & Dominicus in cap. *Ex transmissa*, supra de præscrip. ubi dicit has oblationes debere esse Rectoris, & non Capellani instituti in illa capella, & altari, & sequitur Marian. Socin. *libello 18. n. 10.* Idem firmiter Innoc. Host. Butr. & Ab. in *rubr. infra de Paroch.* & est communis Doctorum opinio, ut testatur Ferret. d. *conf. 143. n. 4.*

26 Ampliatur quintò eadem conclusio ut locum habeat etiam in oblationibus factis sacræ imaginis existenti in Cathedrali Ecclesia, quia non quaruntur Episcopo, sed Archiepiscopo curam animarum ibi exercenti, ut resolvit Rota in *Beneventana spoliis 22. Decemb. 1585. & 2. Decemb. 1587.* coram Orano, ut refertur in *præalleg. dec. 37. n. 5. par. 5. recentior.*

27 Ampliatur sextò, ut procedat etiam si oblationes offerantur in Missa Presbytero celebranti: non enim cedunt ipsi Presbytero, sed Rectori Ecclesiæ secundum Abb. *hic. n. 2. vers. Et per hoc etiam*, quoad hoc inducit textum in cap. *Requisisti*, infra de testam. ubi relictum Episcopo ab extraneo videtur relictum contemplatione Ecclesiæ. Ergo similiter oblationes factæ celebranti videntur factæ intuitu Ecclesiæ: nam oblationes faciunt parochiani propter administrationem Sacramentorum, ut c. *Omnis Christianus*, cum gloss. de consecr. dist. 1. sequitur Felin. in cap. *Dilectus*, n. 1. circa fin. vers. *Et adde supra de offic. ordin. ubi etiam n. 2. dicit*

28 oblationes factas Capellano, seu Vicario debent Rectori. Fallit hoc si sit Episcopus, qui Missam celebrat; quia tunc oblationes sunt ipsius, etiam si celebret in Ecclesia parochiali, & ei offerantur à parochiano, ut tenet Host. in *summa in tit. de Paroch. §. in quibus, vers. Quid ergo si Episcopus*, & Archid. in c. *Omnis de consecr. dist. 1.* sequitur Marian. Socin. in *d. tract. oblat. libello 18. n. 10. vers. Item quod dixi*, & Sylvest. in *ver. Decima, n. 3. vers. Quod tamen fallit.*

29 Declaratur primò supradicta conclusio, ut procedat in dubio. Secus vero si oblationes ex pietate offerentium appareat factæ alterius contemplatione, quia tunc nullatenus debentur Parocho, sed pia voluntas eorum, qui oblationes fecerunt, præcisè servanda est: nam rei ius quilibet est moderator, & arbiter, l. in *mandata, C. Mandati*, & in traditionibus rerum suarum potest quis adicere condiciones quas vult, dummodo honeste sint, l. in *traditionibus*, ff. de pactis, & ita in specie declarat Marian. Socin. in *d. tract. de oblat. libello 18. in princ. & n. 3.* Quo fit ut si appareat huiusmodi oblationes factas fuisse à fidelibus contemplatione illius sacræ imaginis, res oblata eadem imagini acquirantur vel Sancto, per illam imaginem representato: & in hoc casu procedat opinio Angeli de Perusio, de qua supra in princ. questionis, n. 14. Eodem modo si constaret eam fuisse intentionem offerentium, ut res oblata feret domini domus, vel muri, ubi est imago depicta, eò quòd talis esset pauper, vel oblationes in certos pios usus converteret, utique adimplenda esset huiusmodi voluntas, & procederet secunda opinio, de qua supra eod. n. 14. Idem & fortius dicendum si obtulisset contemplatione Episcopi, vel Cathedralis, aut alterius Ecclesiæ. Hæc enim est regula, ut res oblata semper illi acquiratur, cuius contemplatione facta est oblatio, ut in cap. *Relatum*, §. *2. de testam.* & declarat Marian. Socin. ubi supra; & hoc intendit Petrus de Perusio in *præalleg. tract. de Canon. Episcopali*, in *16. quest. personali*, n. 5. inter tract. commun. tom. 1 §. pag. 28. ubi post proximam disputationem huius articuli concludit in hæc verba: (Quandoque oblationes fiunt per respectum ad Ecclesiam Parochialem, & quaruntur Ecclesiæ parochiali, siue tales oblationes fiant in Ecclesia, siue extra Ecclesiam) & ita loquitur cap. *Cum inter vos*, de verborum significat. (Quandoque fiunt oblationes non per respectum ad Ecclesiam parochialem, sed per respectum ad alium locum, vel extra Ecclesiam ad aliquem Sanctum, cuius figura est in Parochia alicujus Ecclesiæ, & tunc parochiali Ecclesiæ non quaruntur. Ratio est, quia non offeruntur contemplatione parochialis Ecclesiæ, nec contemplatione Rectoris, sed per respectum ad Deum, seu imaginem sic depictam.) Hæc ibi. Et hæc distinctio aliam probavit Rota in *Bracharen. oblationum 17. Decemb. 1612.* coram Cardin. Pamphilio, & in *Lunen. Sarzanen. 8. Februarii 1627.* coram Merlino ut in *decis. 37. n. 8. par. 5.* recubi firmavit oblationes factas imagini depictæ in muro spectare ad Parochium in dubio tantum, secus si ex priorum offerentium voluntate in certos usus sint destinata. Quod etiam dixerunt Addentes ad Capell. Tholos. *decis. 483.* & alii Rectoriores in *decis. Rotæ allegati.* Adverte tamen, quia etiam oblationes destinatae sunt in certum usum ab offerentibus; nihilominus illorum administratione ad Parochium pertinet ex pure parochialitatis, non quidem ut sibi applicet, sed uti debet custodiat, & dispenset in usus ab offerentibus destinatos, ut notat hic Abbas n. 2. vers. *Administrationem autem*, Ferret. *conf. 143. n. 4. vers. Et quod*, & firmatur in præcitata *decis. 37. n. 9. & 10.* licet secundum Petrum de Perusio d. *quest. 16. n. 7.* cuiusque Ecclesiæ talia acquirantur, videantur remanere sub dispositione Episcopi per c. *Præter*

hoc §. 2. *Adverte etiam* quia dum Rota in *alleg. decis. 37. n. 10.* concludit oblationes in eo casu, in quo cedunt Ecclesiæ parochiali, esse per Parochium dividendas, ita ut partim convertat in proprium usum, partim egeret in iis, quæ concernunt cultum Divinum, & partim ad pauperum inopiâ sublevandam; per c. *Vitervana*, & c. *Quatuor*, 12. *quest. 2.* Hoc non videtur verum, quia illa iura loquuntur in matricibus. In Parochialibus vero, salva portione Episcopi, omnia sunt Rectoris, c. *Quoniam*, infra de *decim.* & ibi dixi in 3. *notab.* post Jo. Andr. & scribentes communiter. Vide tamen quæ notavi supra in 2. *notab.*

32 Declaratur secundo conclusio superius firmata, ut non procedat si locus, ubi depicta est illa imago, non sit intra fines alicujus Parochiæ, aut incertum sit de cuius Parochia exiit, eò quòd limites non sunt distincti, quia tunc oblationes integrè pertinent ad Episcopum diocæsanum, ut probat textus in d. c. *Quoniam*, de *decim.* ubi hoc notant Innoc. Petrus de Sampione, Abb. Antiqu. Host. & reliqui omnes, ut ibi dixi in *ult. notab. num. 10.* Et quamvis ille textus loquatur de decimis, tamen decimarum appellatione veniunt etiam oblationes, ut cap. *Cum inter vos*, infra de *verbor. signifi.* & in terminis de istis oblationibus factis imagini alicujus Sancti hoc tenet Abbas in cap. *Dilectus*, n. 4. vers. *Quoad primum*, supra de *offic. ordin.* & Rota in *præc. decis. 37. n. 4.*

33 Declaratur tertio eadem conclusio, ut locum non habeat in canonica portione, quæ de his oblationibus perceptis à Parocho debetur Episcopo, ut traditur in c. *Officii de testam.* & tenet Abbas in c. 2. de *sepultur.* Sed Petrus de Perusio in *d. tract. de Canon. Episcopali*, cap. 4. in 16. *quest. personali*, n. 7. vers. *Secundo incidenter queritur*, firmat de oblationibus inter vivos imagini B. M. Virginis non deberi Episcopo canonicam portionem. Secus si sint relictæ in ultima voluntate per textum in c. *Requisisti*, §. *illud*, de *testam.* & hoc teneamus has oblationes spectare ad Ecclesiam parochialem secundum eum. Sequere indistinctè primam opinionem, nisi aliud obtineat de consuetudine, pro qua consultit Gaspar. Calderin. *conf. 15. in tit. de Paroch.* per textum in c. *De his*, 10. q. 1. in cap. *Conquerente*, supra de *offic. ordinat.* & c. *Cum olim*, infra de *censo.* quam etiam tenent Marian. Socin. in *supra alleg. libello 18. n. 8. vers. Illud solum adiungens*, & Sylvest. in *ver. Decima*, n. 5. vers. *Quo tamen casu.*

34 Declaratur quartò, ut non procedat in oblationibus, quæ fiunt sacræ imaginibus existentibus in Ecclesiis Regularium: tales enim non quaruntur Parocho, vel Episcopo, sed monasterio pro Monachis ibi ferventibus, ut est textus in cap. 1. in fin. & ibi Abbas in *ult. notab. infra de statu Monach.* & in c. *Nimus*, il primo, circa finem, de *excess. Prælat.* & tenet Petrus de Perusio in *præalleg. q. 16. num. 6.* & est ratio secundum eum, quia licet monasteria sint infra limites parochiæ, tamen propter exemptionem non sunt de Parochia; ideo oblationes inibi factæ non quaruntur Parocho. Eandem rationem adducit Abbas in c. *Dilectus*, col. 2. supra de *offic. ordin.* & Ferret. *conf. 143. num. 2.* Adde tunc, quòd monasteria exempta, qualia sunt monasteria Fratrum Prædicatorum, & Minorum, de quibus loquitur d. c. *Nimus*, licet sint in diocesi, non tamen sunt de diocesi, c. *Cum Episcopo*, & ibi Cemin. in 3. *notab.* & Franc. in 2. de *Præf. Fagnan. in 3. Decretal. Tom. 4.*

35 hoc §. 2. *Adverte etiam* quia dum Rota in *alleg. decis. 37. n. 10.* concludit oblationes in eo casu, in quo cedunt Ecclesiæ parochiali, esse per Parochium dividendas, ita ut partim convertat in proprium usum, partim egeret in iis, quæ concernunt cultum Divinum, & partim ad pauperum inopiâ sublevandam; per c. *Vitervana*, & c. *Quatuor*, 12. *quest. 2.* Hoc non videtur verum, quia illa iura loquuntur in matricibus. In Parochialibus vero, salva portione Episcopi, omnia sunt Rectoris, c. *Quoniam*, infra de *decim.* & ibi dixi in 3. *notab.* post Jo. Andr. & scribentes communiter. Vide tamen quæ notavi supra in 2. *notab.*

36 Declaratur ul. in o. conclusio supradicta, ut non procedat si consuetudo scripta, aut aliud speciale jus habeat, ut res oblatae imagini alicujus Sancti non debeantur Ecclesiæ parochiali, sed alteri Ecclesiæ, vel loco pio, aut personæ Ecclesiastica, quæ capax sit quali possessionis iurium spiritualium, huiusmodi enim consuetudo valida est, ut est textus expressus in c. *Cum inter vos*, infra de *verbor. signifi.* & hoc tenent ibi omnes Doctores, ut inquit Marian. Socin. in *supra alleg. tract. de oblat. libello 18. n. 3. vers. Tertio pramittendum.* Item in dubitanter procedit talis præscriptio, cap. *Extransmissa*, & c. *De quartæ de præscrip.* Et hoc in iure, ut oblationes, quæ fiunt novis Sacerdotibus dum celebrant primam Missam, non quarantur Parocho, sed ipsismet Sacerdotibus, quia sic se habet consuetudo ubique locorum, & hoc tenet Gaspar. Calderin. *conf. 15. in tit. de Paroch.* ubi dicit oblationes factas Presbytero celebranti non deberi Parocho si contra eum sit consuetudo, quæ servanda est, & eum refert, & sequitur Marian. Socin. d. *libello 18. n. 10. vers. Subdit tamen*, Per quod facit, quia stante consuetudine ex verisimili mente offerentium res censentur oblatae contemplatione ipsius Presbyteri: unde sicut possunt offerre ea intentione declarata, ut cedentur ipsi Presbytero, ut ostensum est supra in prima declaratione, n. 19. ita illorum intentio videatur declarari per hanc consuetudinem secundum ea, quæ notat Bart. in l. *Heredes mei*, §. *Cum ita*, ff. ad Trebell. & in l. *Tarjurandi*, §. *Si liberi*, ff. de oper. libert. præpos. in c. *Sacrosancta*, n. 3. vers. *Nec dicitur fraudare*, 2. d. *dist.* & in hac specie observat idem Socin. d. *libello 18. n. 3. vers. Et ex his*.

36 offic. Ordinar. lib. 6. gloss. in Clem. *Frequent. in ver. Anus*, Ubi etiam Vitalin. *nom. 127. de excess. Prælat.* Rota *decis. 107. n. 2. par. 2. diversor.* Unde etiam ex hoc capite Episcopus excluditur à perceptione dictarum oblationum.

37 Declaratur ul. in o. conclusio supradicta, ut non procedat si consuetudo scripta, aut aliud speciale jus habeat, ut res oblatae imagini alicujus Sancti non debeantur Ecclesiæ parochiali, sed alteri Ecclesiæ, vel loco pio, aut personæ Ecclesiastica, quæ capax sit quali possessionis iurium spiritualium, huiusmodi enim consuetudo valida est, ut est textus expressus in c. *Cum inter vos*, infra de *verbor. signifi.* & hoc tenent ibi omnes Doctores, ut inquit Marian. Socin. in *supra alleg. tract. de oblat. libello 18. n. 3. vers. Tertio pramittendum.* Item in dubitanter procedit talis præscriptio, cap. *Extransmissa*, & c. *De quartæ de præscrip.* Et hoc in iure, ut oblationes, quæ fiunt novis Sacerdotibus dum celebrant primam Missam, non quarantur Parocho, sed ipsismet Sacerdotibus, quia sic se habet consuetudo ubique locorum, & hoc tenet Gaspar. Calderin. *conf. 15. in tit. de Paroch.* ubi dicit oblationes factas Presbytero celebranti non deberi Parocho si contra eum sit consuetudo, quæ servanda est, & eum refert, & sequitur Marian. Socin. d. *libello 18. n. 10. vers. Subdit tamen*, Per quod facit, quia stante consuetudine ex verisimili mente offerentium res censentur oblatae contemplatione ipsius Presbyteri: unde sicut possunt offerre ea intentione declarata, ut cedentur ipsi Presbytero, ut ostensum est supra in prima declaratione, n. 19. ita illorum intentio videatur declarari per hanc consuetudinem secundum ea, quæ notat Bart. in l. *Heredes mei*, §. *Cum ita*, ff. ad Trebell. & in l. *Tarjurandi*, §. *Si liberi*, ff. de oper. libert. præpos. in c. *Sacrosancta*, n. 3. vers. *Nec dicitur fraudare*, 2. d. *dist.* & in hac specie observat idem Socin. d. *libello 18. n. 3. vers. Et ex his*.

38 Declaratur tertio eadem conclusio, ut locum non habeat in canonica portione, quæ de his oblationibus perceptis à Parocho debetur Episcopo, ut traditur in c. *Officii de testam.* & tenet Abbas in c. 2. de *sepultur.* Sed Petrus de Perusio in *d. tract. de Canon. Episcopali*, cap. 4. in 16. *quest. personali*, n. 7. vers. *Secundo incidenter queritur*, firmat de oblationibus inter vivos imagini B. M. Virginis non deberi Episcopo canonicam portionem. Secus si sint relictæ in ultima voluntate per textum in c. *Requisisti*, §. *illud*, de *testam.* & hoc teneamus has oblationes spectare ad Ecclesiam parochialem secundum eum. Sequere indistinctè primam opinionem, nisi aliud obtineat de consuetudine, pro qua consultit Gaspar. Calderin. *conf. 15. in tit. de Paroch.* per textum in c. *De his*, 10. q. 1. in cap. *Conquerente*, supra de *offic. ordinat.* & c. *Cum olim*, infra de *censo.* quam etiam tenent Marian. Socin. in *supra alleg. libello 18. n. 8. vers. Illud solum adiungens*, & Sylvest. in *ver. Decima*, n. 5. vers. *Quo tamen casu.*

39 Adverte tamen circa huiusmodi oblationes, quæ fiunt pro Missis novis: nam Concilium Trident. *sess. 22. in decreto de observan. & evitan. in celebr. Missæ*, in §. *Atque*, ubi multa præcipit Episcopis locorum Ordinariis (ut quidquid pro Missis novis celebrandis datur, necnon importunas, atque illiberales elemosynarum exactationes potius, quam postulationes, aliaque huiusmodi, quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi questu non longe absint, omnino prohibeant.) Hæc ibi. Non tamen prohibentur Presbyteri ex S. Congregationis sententia à Sanctissimo approbata quominus primas suas Missas decantent, & in illis post offertorium in medio altaris ad populum se convertant accipiendo oblationes à sponte offerentibus, & elemosynas, ut solent Parochi diebus Festis. Perambulationes vero per Ecclesiam, similesque extoriones prohibentur. Sed S. Congregatio Episcoporum declaravit Sacerdoti Missam novam celebranti licere oblationes accipere, modò non discedat ab Altari, ut in *lat. un. 1. O. Abora*, 1601. in *Registro originali fol. 96.* Rursum in illis verbis, *illiberales elemosynarum exactationes*, S. Congregatio Concilii dixit hoc nomine non venire consuetudinem, quæ inolevit, ut Parochus diebus Festis solemnibus, vel non solemnibus post offertorium in medio altaris vertat se ad populum, & invitando ad oblationes, manipulum, vel aliud offerentibus præbeat osculandum: